ECCLESIA MUHAMMEDANA BREVITER DELINEATA A M. SAMUELE SCHULTETO, ...

Johann Conrad Dannhauer, Samuel Schultz

f I

S. M.a Novella

N.o 11866.

1036. 9

I. N. D. N. I. C.


ECCLESIA MUHAMMEDANA


Breviter

DELINEATA

à

M. SAMUELE SCHULTETO, HAMBURGENSI.







ARGENTORATI,

Impensis JOSIÆ STÆDELII.

M. DC. LXVIII.

PRÆCELLENTI,

DN. M. RESPONDENTI,

AMICO.

DUm petis à nostrâ carmen quodcunque Camæna.
Schulzi, quid faciam? Quod Tibi, quæso, dabo?
Quo Te commendem? Tua dissertatio abundè
Id facit, & poscit carmina nulla sibi.
Ergo gratabor tantum, Studiisq; precabor
Prospera quæq; Tuis, propitiumq; Deum.

f.
benef. test.

Sebastianus Schmidt, S.
Th. D. P.P. Ecclesiastes, & h. t.
Fac. Theol. Decanus.

PRÆFATIO

Ad Lectorem Candidum.

SUnt, fuerunt, eruntq; semper in rebus humanis, cœtibus, ordinibus, genij quidam ita immortales, ita pertinaces, ut nec lege perterrefieri, nec virtute etiam heroica edomari, nec gladio perfringi ac expugnari omninò queant; nempe in Ecclesiâ Antichristus; in politia Ratio Statûs; in Scholis Pennalismus; in opificiis jura tribuum, quandoq; fœda & absurda; in orbe toto, spiritus (uti eum appellat Tertullianus) mundialis: nullus tamen unquam tam fuit ferreus, quin cesserit Alethea, & hujus ministræ pennæ, quin ab hâc confusus & convictus cesserit, non regione loci, sed mentis sequestræ æstimationi. MAHUMETISMUS illustre exemplum est, putidissima sc. pinguissimorum, sine fronte, sine freno effutitarum Coranicarum næniarum mephitis; qua veritatis neglectum mundus fastidiosus tot seculis luit. Sæpe illum ejusq; Genium oppugnaverunt Christiani exercitus; sed parum profecerunt. Sæpe classicum in Saracenicas expeditiones cruciatas cecinere Pontifices, URBANUS II. PASCHALIS II. GELASIUS II. CALLISTUS II. LUCIUS II. (omnes frustratione spei infæcundi) EUGENIUS III. ALEXANDER III. URBANUS III. (quibus in tertiis consistere fœdum fuit) INNOCENTIUS IV. ALEXANDER IV. URBANUS IV. NICOLAUS IV. SIXTUS IV. (nihil minus quam πιτάγωνοι) GREGORIUS IX. GREGORIUS XIII. (Dormitantij) Frustra omnes tubas inflarunt. Memorabilis illa de Turcis apud Naupactum in sinu Lepantino reportata victoria Anno Domini M.D.LXXI. imputatur PIO V. non tamen ejus pietati. Feliciores GEORGIUS CASTRIOTES & JOH. HUNIADES heroes fulminei, fato tamen cedere coacti, eousque intentiones suas non produxerunt, quousq; collinearant. Utinam Imperatori nostro


sacratissimo LEOPOLDO I. *has primas gratulari possemus, primum illum fuisse, qui post compositas Europæ politioris discordias, & pace serenatos Serenissimos Aquilonis Reges, strictâ manu in Christiani nominis hostem immanissimum districtus, de Hungariâ faucibus penitus ereptâ; de Ecclesiâ, quæ sub illo jugo gemit (licet non in omni formâ, in radice tamen) Christianâ, in libertatem vindicata; de ipsis Othomanidarum fatis expletis, de excidio prænunciato; anxièq; à gente superstitiosissimâ formidato (exemplar hujusmodi vaticiniorum typis expressere Joh. Theodor. & Ioh. Israël de Bry Fratres, Fancofurti Ann. M.D.XCVII.) feliciter triumpharit. Nobis qui in Ecclesiâ bella gerimus pennaria quidem incruenta, coram mundo imbellia; at genio spirituali congrua, spiritualia, potentia Deo, ad destructionem munitionum, & omnis altitudinis, extollentis se adversus scientiam Dei, argumentis agendum est, elenchis, ac errorum detectionibus, ut quò penetrare nequit ferrum, penetret spiritus Alethea invincibilis, semperq; victor.*

Specimen hujusmodi victoriæ in Musæo nostro Academico ac publico exhibet Vir Præcellens, Dn. M. SAMUEL Schultz/ *Hamburgo-Saxo, hospes meus è pietatis conspicuæ, vitæ inculpatæ, ac solidæ raræq; eruditionis quotidianis documentis mihi charissimus, exploratissimusq;. Uti hoc in præsenti specimine Mahumetem, ita & Mahumetismi debellatorem seipsum, ex asse pingit, fortissimum scilicet ac armis necessariis instructissimum: linguam in suggestu non semel calefacto facundam, pingere non potuit; picturus præsentius domi, cum illi patebit in patriâ aditus, quem illi, uti meretur, pronum facilemq; toto pectore precor, spe fretus certissimâ, fore ut meæ commendationi ita sit responsurus, ut qui maximè.*

JOH. CONRADUS DANNHAWER, D.
Huius Exercitii Præses.

Q. D. B. V.

Prooemium.



SAtis hucusque senserat Ecclesia cladium, desævierant Nerones, Domitiani, Juliani, & qui ultimas paganicis furoribus imposuit manus, omnium ferè sævissimus Cosrhoes: [a] halcyonia igitur sibi promittebat, securiùs imposterum hospitio; quod per omnes terræ fines [b] sibi comparaverat, liberalissimo gavisura, læta vaticiniis Johannæis [c], quibus inducias mille annorum, aliquot ante seculis sibi promissas, Sathanâ jam ligato, initium habituras erat persuasissima, cum repente hostes, non oppugnationem; modum, non bellum mutata esse, propriis in materna viscera grassantibus filiis, persentit misera & ingemiscit. Occidentem enim præter Hunnos, Avares, Bulgaros, Gothos & Longobardos [d], Antichristus, mysterium illud iniquitatis, ut primum ad virilem pervenit ætatem, succurrente parricidâ Phocâ & Papâ Malefacio, non urbis amplius, sed orbis sive Oecumenici Episcopi largiente titulum, invasit truculentissimè, [e] pulcherrimamq; Christi sponsam, licet omnibus exturbare non possit hospitiis, in eas tamen bullarum suarum decretis, juris Pontificii canonibus, & crebro anathematum fulmine redegit angustias, ut eius vestigia, præterquam apud errorum per ætatem adhuc nescios, aut gnaros, sed cum horrore vel etiam detestatione, aut in agone luctantes, [f] vix licuerit agnoscere. In Oriente verò quas per Arabiam, Palæstinam, Syriam, Mesopotamiam, Græciam, Armeniam, Persiam, Ægyptum, item & Lybiam [g] & nullibi non invenerat habitatiunculas, novi leoninis capitibus & serpentinis caudis deformes equi, cum lo-

a) Diacon. l. 18. rer. Roman. Genebrard. l. 3. p. m. 263.
b) Magdeburg. Cent. 7. c. 2.
c) Ioh. 20. v. 2. conf. D. D. Danhau. Christeid. Act. 3. Phænō. 1.
(d) Magd. Cent. 7. c. 16. p. m. 365.
(e) Dn. D. Dannh. Hodom. Papæ Phantasm. 2. p. 626. seq. Eiusd. Christeid. Act. 3. Phænom. 2. de Antichristo Viro. & Dn. D. Hoë in c. 9. Apoc. p. 134. Conf. Baron. An. 606. n. 2.
f) Vid. Catolog. test. veritatis Flacii.
(g) Magd. Cent. 7. c. 2. Oliand. Cent. 8. in Præf. p. 13.

ricatis suis sessoribus incursarunt subitò, cum ex ore spirantes ignem, fumum simul & sulphur [h] quo universa incensa Arabia, devastationem toti attulit Orienti, miseræque & innoxiæ virgini miserrimam simul conditionem. De MUHAMMEDISMO LOQUOR, locuturus de eo jam pluribus & monstrum hoc horrendum, informe, ingens, secundum animam & corpus, non suasu tantùm Maximè Reverendi Dn. D. JOH. CONRADI DANNHAWERI, Patroni & Præceptoris mei summè colendi, sed ductu etiam per Christeidos suæ Actum III. Phænomeno VIII. (quæ scripta Typographorum difficultas literato adhuc invidet orbi) præbito, pro viribus delineaturus.

(h) c. 9. Apocal. v. 16. seq. de quo infra pluribus.

DEUS ex altis annuat!

TRACTATIO.

NOminum monstrosæ huius Chimæræ, ne nulla nobis sit cura, breviter ea recensebimus: Sunt verò talia, quæ vel ipsi Autori, vel eius asseclis, l. ipsi scripturæ aut eius Interpretibus originem debeant. Sic vocatur Muhammedismus כת מהמר l. Mahometismus l. Machmetismus pro diversis scelerati Autoris nominibus. Persis כת עאלי *Secta Ali*, à Deastro suo Ali, quamvis non minùs ipsi, quam reliquæ sectæ, Muhammedis dogmata retineant, sui tamen Alis locupletata interpretationibus.

Asseclarum nomina l. generalia sunt, l specialia. Generalia, in ipso Alcorano maximam partem ipsis indita sunt, quod vocantur *Populus libri* h. e. Alcorani, qui κατ' ἐξοχὴν ita appellatur, quamvis Judæos & Christianos, ob legis & Evangelii authoritatem eodem nonnunquam insigniat nominė. *Populus congregationis*, quod diversâ ab aliis gentibus consuetudine, die sexto seu veneris, turmatim conveniant, nec minus singulis diebus aliquoties ad peragendas preces congregentur. *Populus Respectus* אהל אלקבלה, quia Meccam, orantes respiciunt omnes. *Populus Suna*, quæ secundum Johannem Andreæ [a] ex Muhamedano sacerdote Christianum, *viam & legem sequendi facta & consilia Mahometis* significat: cuiusmodi librum de dictis & factis sui

(a) cap. 3. Confus. sectæ Mahometicæ p. 42.

ctis sui Prophetæ, post eius obitum composuerunt discipuli, à Persis tamen hodie improbatum. *Populus Islamiticus*, id est veræ fidei asseclæ: מומנין *Mumenim* i. e. credentes, & quod usitatissimum est *Moslemanni* l. Musulmanni i. e. credentes, toto pectore Deo confidentes, vel secundum Matthiam Martinium, [b] Richardum, [c] & alios nonnullos salvati, liberati, à mortis sc. periculis, quam Muhammed minatur reluctantibus. Hoc autem nomen Muhammedani sortiuntur demùm octavo, nono vel decimo ætatis anno, pueri quidem statim post circumcisionem, puellæ verò cum primum Muhammedicam hanc confessionem, Iah, illah, illalahu, Mahumeda, resul allah i. e. Non est DEus præter τὸν Θεὸν, Muhammed v. Apostolus DEI est, cum aliquo sensu, erecto pollice queunt exprimere. [d] Ab hoc nomine est Musulmannisare i. e. fidem Saracenicam amplecti, verbum Christianis olim tam execrabile, ut pro eo Magarissare (μαγάρισμα Græcis est macula ψιλὸς [e]) substituerint, quod significat faciem stercore conspurcare, teste Leunclavio in Pandectis. [f] Prolixius hæc nomina tractavit D. Joh. Henr. Hottingerus, in historiâ Orientali lib. 1. cap. 1.

Specialia nomina sunt ישמאלים *Ismaëlitæ* ab Ismaële, quem primum Arabum vocant Prophetam, oriundi, quo nomine pleriq; posteà venerunt Arabes: hodieque veniunt Turcæ apud Judæos, referente L. Empereur, [g] R. Jahia [h], aliisque. קדרים à Kedar, Ismaëlis filio, unde pro Hebræo אהלי קדר Psalm 120. v. 5. Paraphrastes Chaldæus substituit משכ גיתון דערבאי habitacula Arabum. הגרים *Agareni*, quam distinctam ab Ismaëlitis gentem fuisse, ab altero Hagaris marito stirpem ducentem, refert Aben Esra Comment. in Ps. 135. v. 7. non renuentibus Hottingero, [i] Drusio, [k] & Fullero. [l] Conferatur Scaliger, [m] qui civiliores aliis Arabibus hos etiam fuisse refert, & nobiliores. *Saraceni* סרקאין non quod ex Saræ posteris, vel ejus nepote Esavv sint progeniti, uti volunt Cælius Aug. Curio [n] Ruffinus [o] aliique; vel quod hoc nomine, ceu à liberâ & ingenuâ matre Sarâ, non de servâ geniti essent, sibi adulari voluerint, [p] aut in spem benedictionis, posteris Saræ, promissæ,

(b) Lexic. Philolog. in voce Musulmāni.
(c) in Confut. legis Saracenicæ.
conf. Cornel. à Lap. ad Hebr. 7. & Adam. Olear. in Itinerar. Pers. l 5. c. 39. p. 676.
(d.) Svveig. Itiner. l. 2. c. 56. p. 190. seq.
(e) Confer. Scalig. de emend. temp. l. 2.
(f) n. 22. p. 120.
(g) not. in Benj. p. 179.
(h) comment. in c. 9. Dan. Gen. 35. v. 14.
(i) l. c. p. 6.
(k) Commentar. Priore in N. T. p. 12.
(l) Miscell. S. l. 2. c 12. p. 255. (m) de Emend. temp. l. 2. (n) hr. Sar. l. 1. p. m. 7. (o) l. 2. hist. c. 6. (p.) Hieron. Comm. in Ezech. l. 8. c. 25. & in Es. l. 5. c. 21. citante Fullero l. 2. c. 12.

promissæ, hoc nomine demum animati sint à Muhamede, [q] quam sententiam Saracenici nominis antiquitas, quæ ex Targū Hierosolymitano *Gen.* 37. *v.* 25. Gregorio Nazianzeno [r] & Ruffino, [s] Sozomeno [t], Theodoreto [v] aliisq; facile potest erui, tùm literæ ק interpositio, tùm Agaris major, quam Saræ apud ipsos æstimatio, uti ex Ahmed ben Edris probat Hotting. *l.* c.1. *p.* 8. *&* 9. facile refutat. D. Hottingerus cum Scaligero l. c. à סרק id est furatus est, ipsos dictos existimat, quod referente Hieronymo, Ammiano Marcellino, [x] Zonara, [y] Paulo Diacono, [z] populus hic rapacitati semper fuerit deditus. Quæ tamen sententia illud difficultatis habet, quod istud nomen Saraceni nunquam sibi duxerint vituperio, nec minùs reliquæ Arabum genti iisdem flagitiis infami [a] illud potuisset competere, quàm huic, certæ tantum inter ipsos nationi. Fortè autem ab urbe Saraca ipsorum metropoli, cujus meminerunt Ptolomæus [b] & Stephanus, [c] denominati ipsi Saraceni. Sed liberum hîc unicuique judicium. Novissimum & heu! nobis sat cognitum, ipsismet etiam invidiosum, [d] qui Musulmanni vocari malunt, nomen est *Turca l. Turcus.* quod alii ex Orientali, alii Græcâ, alii aliâ linguâ deducūt, quas derivationes recensent Dn. D. Hoë, [e] Christ. Richerius [f], Septem castrensis, [g] & alii quam plurimi. Inter has verò receptissima est illa Elmacini [h], Matthiæ Martinii, [i] Hottingeri, [k] à תרך reliquit, causa tamen derivationis dubia. Nimium à veritate abeunt hîc Mornæus [l] & Duretus [m] Turcas ita dictos quasi reliquias decem tribuum, existimantes, occasione lib. 4. Esdr. c. 13. v. 41. & circumcisionis ipsis jam olim usitatæ. Verùm, uti Turcos ex Scythia originem trahere novimus, ita decem tribus in Scythiam nunquam delatos, ipsa docet experientia, confirmat ex Assyria istuc penetrandi, per tot hostiles terras, impossibilitas, probat Scriptura 2. *Reg.* 17. *v.* 23. 1. *Chron.* 5. 26. Esdræ fictitia autoritas est; Circumcisio Turcas non magis Israëlitas faciet, quàm Colchos, Ægyptios, Æthyopes, Troglodítas, Phœnices, Arabes, Ammonitas, Moabitas, Jucatanos in Americâ, quibus usitatam circumcisionem fuisse probat Edoardus Brerevvodus

Anglus

(q) Sozō. l. 6. c. 38.
(r) in Orat. 2. in Iulian. apud Baron. A. 363. §. 55
(s) l. 2. c. 6.
(t) l. 4. c. 29.
(u) c. l. 4. c. 2.
(x) l. 14.
(y) Tom. 3.
(z) lit. 18.
(a) Hieron. in c. 3. Ier.
(b) lib. Geogr. 5. c. 17.
(c) περὶ πόλεων.
(d) Leuncl. in Pand. n. 22. Martinius in Lexic. Phil. & Svveig. in Itiner. l. 2. c. 49 p. 140.
(e) in c. 9. Apoc. pag. 291.
(f) de Turcarum origine p. 192.
(g) c. 2.
(h) histor. univ. p. 153.
(i) Lexic. Phil. in vōce Turca.
(k) hr. Ori. l. 1. c. 3. p. 26.
(l) de verit. Relig. c. 26. c. 26.
(m) h stor. des langues c. 48. & 49. citante Besoldo in tractatu de Saracenorum ritu §. 11.

Anglus in Religionum ſcrutinio [n] Conf. Full. miſcellan. (n) c. 4. p.
ſacr. [o] & L. Empereur [p] Notæ in Benjamini Itinerarium: 41. ſeq.
Sed pergimus ad nomina ex S. Scriptura deſumpta. Cum (o) lib. 2. c. 5.
enim Muhammed mendaciſſimo ore in N. & V. T. ſuum exti- (p) p. 206.
tiſſe nomen, mentiri non erubuerit, noſtrum eſt illud inquire- ſeq.
re. Non verò *Deut* 18. aut *Act.* 7. quo ipſe reſpicere videtuur A-
zoarâ 2. p. 14. l. apud Johannem, quo collimat, *Az.* 71. *p.* 177. il-
lud invenimus; nec blaſphemam Ahmed. Ibn-Edris [q] vocem, (q) Hott.
vaticininm illud Iſaianum [r]. *Puer natus eſt nobis &c.* ad Mu- hi. Eccl. p.
hammedem applicantis, agnoſcimus, quin potiùs Spiritum S. 1. c. 7. ſ. 1. p. m. 356.
eius meminiſſe, Gen. 16. v. 12. exiſtimamus, ubi Iſmaëlis poſteri (r) c. 9. v. 6.
tas deſcribitur, ceu פרא אדם homo onager, i. e. dira ferita-
te Onagro ſimillimus, maximè vagus, ſolitudinum amantiſſi-
mus, nulli violentiâ effrenatâ inferior, ſagittarius denique, &
pugnator acerrimus. Nam aſini feri, quum venatibus agitan-
tur, ait Ammianus Marcellinus [s], ita eminùs lapides poſt ter- (s) vid. Ful-
ga calcitrando emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut ler. l. 2. c. 12.
perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant. Multitudine inſuper p. 153.
innumerâ eos ideò ſimul incedere, ait, ut conſtipatione densâ
feroces leonum fruſtentur inſultus. Icon ſanè ingenii Muham-
medici! cui ſi Cabaliſticum aliquod argumentum, (neque e-
nim ænigmatigrapham Scripturam alienam eſſe à Maieſtate Sa-
cræ Scripturæ, exiſtimat Excellent. Dn. D. Dannh. in Dramate
ſacro [t], agitque de eâ, ceu vocant, Cabulâ ſpeculativâ, Maxi- (t) Act. 1.
me Reverendus Dn. D. Mullerus in Judaiſmo [u]) velimus ad- Opticæ
jungere, patebit in verbis illis Scripturæ ידו בכל ויד כל בו הוא Dramaticæ Theatr.
יהיה פרא אדם *Is ſc. Iſmaël erit homo onager, manus ipſius* 1. Phæn. 8.
contra omnes, & omnium manus contra ipſum; eundem, qui in p. 316.
כת מוהמד i. e. Muhamedismus, latere numerum ſc. 518. Aliud (u) p. 51. ſeq.
nomen exſtat *Apoc. c. 9. v. 15. ſeq* cum *heptados illius Tartareæ*
Collega nominatur & deſcribitur. *Angelus* hic non bonus, ceu
patet ex oppoſitione Principis Angelorum, Chriſti, & ipſis a-
deò nocumentis, ſolviſſe dicitur quadrigam Angelorum, Arabes
forte, Saracenos, Turcas & Tataros, vel ſecundum B. Dn. D.
Pappum [x], quatuor Alcorani Interpretes ac propagatores (x) Com-
mentario aureo in l. c. M. 5.

 (Dn.

(y) de Regno Christi lib. 2. (Dn. D. Ph. Nicolai [y] quatuor Orientales intelligit Patriarchas, Constantinopolitanum, Antiochenum, Hierosolymitanum & Alexandrinum, quorum contentione de primatu perseverante, Muhammedismus accepit maturitatem) ad Euphratem alligatos, & divinâ hactenus manu repressos, in horam & diem, & mensem & annum, i.e. nunquam non paratos in cladem Christianam, tantâ autem cohorte stipatos, ut δυομυριάδες μυριάδων, infinita appareant multitudo, omnes formidulosis induti armis, equis gaudentes Leocephalicis, ore autem & caudâ serpentinâ valdè terribilibus (Alcorani & ferri vim agnosce) ut tertiam hominum partem, si non orco omnes, saltem sepulchro traderent truculentissimè. Confer præter citatos Autores Clar. Dn. D. Præsidis Antichristosophiam [z], B. Dn. D. Hoë nobilem in Apocalypsin commentarium, [aa] Brigtmannum [bb] & alios.

(z) Sect. 1. artic. 9. p. 347. seq.
(aa) in h. l. p. 265. seq.
(bb) in hoc caput. p. m. 151.

Huc etiam collimat Propheta Daniel, *parvum* describens *cornu*, è contemptis nempe & exiguis initiis repentè ad amplissimæ potentiæ culmen evectum, hominum quidem ostentans oculos, sed os simul impurum, magniloquum & blasphemum, quæ omnia quàm accuratè in Muhammedem quadrent, jam olim delinearunt plurimi. Dn. D. Hoë præterea prognosticon [a] illud Catholicissimum Deut. 28. v. 49. seq. non minus de Saracenis, quam de Babyloniorum ferociâ loqui affirmat; quemadmodum etiam Agarenorum & Kedarenorum Psalm. 83. v. 7. & Ps. 12. 6. expressa mentio, huius esse loci dicitur à Dn. D. Gesnero disput II. de Gogo & Magogo [b]. Et ista sunt in S. Codice extantia Muhammedis Encomia, quibus communiter Theologi, *Gogi & Magogi. it. Antichristi Orientalis* addere solent cognomina, frequenti etiam usu hactenus recepta & in Muhammedismum accommodata. Quamvis autem pluralitatem Antichristorum [c] nemo facilè neget, de duobus tamen Antichristis magnis simul exstituris, nil videtur nosse Scriptura; nec Antichristi magni notæ huic conveniunt, quod neque è nobis egressus, neque Ecclesiam magis quam limites, religionem, quam regionem quærat Turca l. Saracenus, hospes potissimum Ecclesiæ oppressæ, & Antichristi flagellum, fusiùs illud probante Dn. D. Dannhavvero in Antichristosophia [d], idemque exemplis

(a) lib. 7. c. 20. Apoc. p. 321.
(b) th. 57. & 59.
(c) 1. Ioh. 4. 1.
(d) Sect. 1. artic. 5. p. 314.

emplis demonstrante Dn. M. Crusio Turcogr. *l. 1. p. 14. 16. seq. lib. 2. pag.* 107. & Baronio *Tom. 7. ad Ann. 636. n. 2. & 699. n. 9.* & *Tom. 9. Ann. 716. num. 16.* Ipse Megalander *Tom. Ien. Germ* in der trewen Warnung für deß Mahomets Glauben *pag. 37. b.* ait: **Ich halt den Mahometh nicht für den Endechrist :c.** Unde Gogi & Magogi nomen in Turcas minus quadráre patet, quo Antichristi Maioris proponi imaginem, omnes ferè concedunt. Tum observandus hìc requisitorum Gogiticorum in Muhammedanis defectus, ceu sunt novissima irruptio, sola Israëliticorum montium occupatio, modica irruptionis duratio & sepultura miraculosa. Obstat etiam ipsa novissimi diei propinquitas, quam eventura adhuc immanis illa expeditio prorogat, suaq; prorogatione periculosam mentibus ingenerat securitatem. Uti hæc ad oculum demonstrant Christosophia [e] & Antichristosophia, [f] nobilia Dn. D. Dannhavveri κειμήλια.

Ad PRAGMATOLOGIAM, Onomatologiâ relictâ, nos convertimus, ipsum Muhammedismum, Lucii Flori exemplo [g] ceu hominem consideraturi, essentiâ simul & accidentibus notabilem. De essentiâ nos edocebit tùm corpus, infantile tenerum, juvenile vividum, virile solidum, & senile morbidum, tum anima, quoad religionem morosopha, in Politiâ tyrannica, & Oeconomiâ barbarica. Inter Accidentia, lacessitum à Christianis Turcorum odium, & Muhammedicam cum Pontificiis contractam affinitatem paucis delibabimus.

(e) sect. 3. art. 10. p. 378. & 382.
(f) sect. 1. art. 7. p. 227.
(g) Epit. gest Rom. in Prolog.

Infantia Muhammedismi.

Infantilem Muhammedismi ætatem exhibet ipse Muhammed, aliis Mahomet, Mahomat, Muchumetus, Mamedus, Machmed vel Mehemmet dictus, nomine satis decoro, quod laudabilem, celebrem, ἐράσμιον, Desideriū significat, quasi איש חמודות vir desideriorum [h]; à suis vocatur אלנבי Propheta κατ' ἐξοχὴν, item Apostolus [i]. In Alcorano verò ænigmaticis vocibus אלמזמל & מרתר [k] homo non obscuri stemmatis è nobili [l] Koreischitarum prosapiâ, quæ Ismaëlitarum, vel ut propiùs accedamus Kedarenorum (Kedar enim

(h) Dan. 10. v. 11.
(i) Martin. in Lexic. Phil.
(k) Hotting. hr. Or. l. 1. c. 7. p. 10.
(l) Erpen. de linguâ Arab. Praefat. 2. p. 41. Postellus de Orbis Concordiâ. L. 2. p. 137.

enim filius Iſmaëlis, nepos Abrahami fuit) tribus erat, oriundus Patre Abdallâ, cive Mechano primario [m], matre Eminâ, utriſque gentilibus [n] & aſſeclis religionis Koreiſchiticæ, quæ Idolis, imprimis Veneri [o] & Angelis cultum, Dæmonibus in ſtellas imperium, deferebat, reſurrectionem mortuorum negans, nec à πανηγύρια abhorrens [p]. Quamvis hic non parum, circa Muhammedis genus, Latini & Græci ſcriptores à reliquis, diſcrepent Orientalibus, aliis è vili ſtirpe Arabum ortum [q], aliis ne Arabem quidem ſed gente Cyrenæum fuiſſe, (r) tum matrem Judæam (s) fuiſſe, à qua Muhammed primâ ſtatim ætate unà cum Ethniciſmo Judaicis ritibus imbutus fuerit, aſſerentibus. Verùm reclamante fide digniorum autoritate, nec generis claritatem ipſi invidere volumus, communem illi cum hæreſiarcha Satana, aliisq; ſuæ fecis compluribus; nec matrem ipſi Judæam dare poſſumus, præter Arabum conſuetudinem, qua σύμφυλον quiſque ſibi ducebat uxorem, tribuumque ſuarum maximi vindices exiſtebant, teſte Cl: Golio (t) & Cœlio Aug. Curione. (v) Rejiciendas tamen genealogias, (y) quibus nimium quantum ſe efferunt Arabes, ab Adamo interrupta minus ſerie ad Muhammedem uſque, genus ipſius deducentes, abſurda mendacia, Parachroniſmi, ineptiæ & quæ plura hujuſmodi in iis reperiuntur, facile ſvadebunt.

Nata verò hæc totius Orientis pernicies ea mundi ætate, qua Occidens Longobardicam horrebat ſævitiem, (y) & Antichriſti virilem (z) mox aſſecuti ætatem, fraudes & graſſationes experiri debebat miſera, ſeculo nimirum ſexto, anno non æquè certo, cum ſint qui in A. C. 560 alii in A. 580. alii 600. alii in A. 620. eius rejiciant nativitatem. Sethus Calviſius & Scaliger in additamento ad lib 2. de Emend. temp A. C. 570. die quinta Maji natum ſcribunt, à quibus non multum abit Elmacinus hiſtoriæ Saracenicæ Scriptor diligentiſſimus, Annum hîc 571. denominans, quam ſententiam receptiſſimam apud Arabes eſſe,

&

(m) Iohan. Andreæ. l. c. cap. 1. p. 1. Danæus Arabum Principem vocat in notis ad Auguſt. de hæreſ. p. m. 259 b. Conf. Ioh. Andr. l. c. in Prolog.
(n) Voſſius l. 2. Idolol. c. 31. p. 466. & 475.
(o) Iohan. Andr. l. c. c. 1. p. 4.
(p) Hott. hr. Or. l. 1. c. 7. p. 152. & ſeq.
(q) Zonar. Annal. T. 3. p. m. 127. Ludov. Vives de Verit. Relig. l. 4. p. 458. Boxhornius hræ. univ. p. 397. aliique.
(r) Richerius p. 221. & Franciſcus Philelphus in Exhortatione ad bellum Turc. 5.
(s) Curio l hr. Sar. p. 7.
(t) ap. Hotting. hr. Orient. l. 1. c. 4. p. 136.
(u) hr. Sarac. l. 1. p. 7.
(x) vid. Hotting. l. 1. c. 3. it. liber de generatione Muchumet. interprete Hermanno Dalmata Alcorano affixus.
(y) Gregor. l 3. c. 38. dialog. ap. Baron. Ann. 567 n. 14. idem Tom. 7. Ann. 573. n. 4. Longobardicam perſecutionem recenſet.
(z) Diſtinctas Antichriſti ætates deſcribit Dn. D. Dannh. Antichr. Sect. 2. artic. ult. p. 947. ſeq.

& tutissimam testatur Hottingerus in historiâ Orientali, (a) ubi simul conficta miracula, quæ ipso nato contigerint, legi queunt, eadem etiam ex Zeineli, Tirmedi & Curtubi Arabibus scriptoribus, describente Leunclavio in historiâ Musulmannâ, (b) & Alcorano Svveigeri Germanico. Educatus postea, tùm ab avo Abdulmutleb (parentes enim citò amiserat) tùm post hujus obitum, à patruo Abutaleb, à quo Chadigæ, diviti fœminæ in servitutem traditus, agasonis l. camelarii (c) munia obivit aliquandiu, merces deferens in Syriam, (d) Palæstinam, (e) Ægyptum (f) aliaque loca. Joh. Wolffius (g) ex Antonino titulo 13. cap. 2. §. 1. eum in Hispaniam quoque pervenisse, & ab Isidoro Hispalensi, ex physiognomiâ, ceu turpem Ecclesiæ labem futurum, agnitum memorat. Hac occasione Christianis & Judæis paulatim innotuit, (h) nactus ex iis informatores, & in Alcorano conscribendo, deîn adjutores plurimos. Sergium Monothelitam, Abbatem mansionis Callistrati, & ob hæresin exulem, nominant Leunclavius (i) & Magdeburgenses in Præfatione Centuriæ VIImæ. verùm ipso Heraclio Imp. hujus erroris Patrono existente, Monothelitas præmia magis expectabant, quam exilia (k). Fuit verò alius Sergius, vel ob Arianam, vel Nestorianam hæresin Byzantio pulsus, professione Monachus, qui Muhammedis ædes heriles frequentavit, & perniciosissimæ sectæ origo exstitit pestifera (l). Operas suas conjunxerunt, Johannes quidam Antiochenus, Monachus, (m) Baira (n) Persa, Jacobita Christianus, & Judæi Phinees, Audia, postea dictus Audala (o) & Salem. (p) Astronomum præterea quendam ipsi exstitisse adjutorem natione judæum, referunt Magdeburgenses; (q) quamvis scripta Muhammedis nullam omnino resipiant Astronomiam; ipsum etiam Sathanam in specie vulturis ipsi apparere solitum, seque Gabrielem nominasse, scribit Eulogius martyr in Apologiâ, (r) simul referens, Muhammedem assiduè Christianorum interfuisse conventibus, atque hoc propter inter Arabes paulatim evasisse peritissimum. Cum verò animi æquè ac corporis dotibus (quas describunt Elmacinus, (s) Cœl. Aug. Curio, (t) Baronius (u) & alii) ornatus, Chadigam heram su-

a) l. 1. c. 6 p. 146.
b) lib. 1. p. 32 seq.
c) c. 3. p. m. 18. seq.
d) Baron. A. 630. n. 1.
e) Abunasarus & Ahmed ben Idris ap. Hott. c. 1 p. 240.
f) Cedren. anno 21. Heracl. p. 347
g) Cœlius Aug. Curio l. 1. p. 7.
h) lect. memorab. Tom. 1. A. 630. p. 187
i) Cedren. l. c.
k) historiæ Musulm. l. 1. p. 33.
l) Baron A. 633. n. 24. & 32.
m) Curio l. 1. p. 8. Baron A. 630. n. 5.
Zonar. Tô. 3. in Heraclio p. m. 127. b.
n) Wolffg. Drechsl. in Chron.
o) Danæus l. c. p. 260.

 am

p) Conf. Ioh. Andr. l. c. (q) Richärd. in Conf. Alcor. c. 13. (r) centur 7. c. 14 p. m. 325 ex supplemento Chronicorum (s) apud Baron. A. 630. n 9 (t) ap. Hotting. l 2. c. 13. p. 241. hr. Or. (u) l. 1. A 630. n. 1. Confer. Chronicon Saracenum.

am in ſuip rimum convertit amorem (præſtigiis illud factum ſcribit *Zonaras*, (a) habitum autem eum pro mago teſtantur *Richardus* in Confuſione Alcorani, & non Paucæ Alcorani *Azoaræ*) cuius potitus matrimonio, (b) & cum eâ divitiis ampliſſimis, (c) ingentia moliri cœpit, & amplarum regionum Imperium tantùm non deglutire. Religionis porrò & divinitatis prætextum, magnorum motuum cum noſſet initium, & homines ſibi devinciendi artem exiſtere optimam, uxori ſuæ primum, (d) adjutus Monachi illius Byzantini operâ, ſuas perſuaſit revelationes, Gabrielem Angelum à DEO miſſum ſecum colloqui fingens, & de diverſis ad religionem ſpectantibus rebus monere ac inſtruere, cuius aſpectum quod ferre nequiret, ſe obortâ ex metu vertigine, collabi, & humi procumbere; hâc autem ratione comitialem morbum quo vexabatur, callidè excuſabat (e). Illa verò Chadiga circum curſitare, maritum ſuum cêu Prophetam deprædicare, in eundemque errorem alias gentiles ſuas pertrahere, (f) pari etiam munere fungente ſervo Zeido, aliisque, (g) quos auro corruperat Muhammed, hâc ratione Ali, Abubecrum, Oſmanum, & eius farinæ plures in caſſes ſuos pertrahens, potentiſſimis Meccæ familiis, Correxiſtis, Haximiſtis & Benitamim minimè ab ipſo alienis. (h) Quod autem ſeditionem hinc metuerent Mecchani, præveniendum his cenſuere motibus novis, Muhammedemque ſeditionis, ſub religionis prætextu motæ, accuſatum, convictum & condemnatum, è medio tollere conſtituerant, niſi Muhammed de periculo admonitus ſolum ac civitatem vertiſſet, quod anno ætatis ipſius quinquageſimo quarto contigit, cum jam 15. per annos Pſeudoprophetiam in ſpeluncâ Gatherâ (uti Numa cum Egeria) prope Mecham, in quâ multos ad crepuſculum usque delituerat ſoles, (i) partim conflaſſet, partim in vulgus ſparſiſſet. Ab hac fugâ, quæ contigit Anno Chriſt 622. die 16. Julii (k) Arabes ſuam inchoant Epocham, Hegiram propterea dictam, id eſt fuga, vel ut ipſi volunt fuga aut peregrinatio religionis & pietatis ergò ſuſcepta, *Scaliger de Emend. temp.* (l) ab Hagarenis dictam vult Hegiram, de quâ ſententiâ vid. *Cl. Hottinger.* (m) *hiſtoriâ Orient. Genebrardo* (n) Hegira eſt Expeditio pro lege ſuſcepta, ſed

a) Tom. 3. p. 127 b.
b) Zonaras l. c. Cedren. p. 347. ad A. 21. Heracl.
c) Eutrop. contin. rerum R. l. 18. p. 255.
d) Zonar, l. c, Creden. p. 347.
e) Cedren. Anno 21. Heracl. p. m. 347. it. Anaſtaſius Bibliothecarius & alii ap. Baron. ad A. 630. n. 2.
f. Cedr. c. l. Eutrop. cōtin. rer. Rō, l. 18. p. 255.
g) Elmac. hiſt. Sar. L. 1. c. 1, ap. Hottíng. l. 1. p. 257.
h) Ioh. Andreæ. l. 3. c. 3. p. 15.
i) Ioh. Andræ l. 1 p. 15.
k) Erpen. not. margin. ad Elmacin apud Hott. hr. Or. l. 2. c. 4. p. 262. (l) l. 2. p. m. 95. (m) L. 2. c 4. p. 268. (n) Chron. l. 3. p. 264.

sed absque ratione. Anni huius Hegiræ, non Solares, sed Lunares sunt, & Astronomicè computati conficiunt dies 354. horas 8. min. 48. sec. 36. Civiliter autem, sepositis horis & scrupulis horariis, præcisè 354. complectuntur, ita liberè currentes, ut nullâ intercalatione cum Sole computentur, unde ipsorum 33 anni nostros fere 32. æquant. Cumque Luna cursum suum absolvat d. 29. h. 12. min. 44. l. ut Arabes numerant, partibus 792. quarum 1080. horam constituunt, inde menses quoque ipsorum Astronomicè computati, eâdem periodo evolvuntur. Civiliter alternant 20. & 30. dies. Non tamen mensem ab interlunio statim incipiunt, sed à primo novæ lunæ conspectu, id est, biduo aut triduo ad summam à conjunctione cum Sole prodeuntis. Unde evenit, ut Arabum dies à vesperâ ducantur, quâ Luna recens sese in conspectum profert, quod apud alios quoque populos obtinet, qui mensibus lunaribus utuntur. Sed hæc obiter ex *Cl. Domini Tassij* b. m. Præceptoris mei quondam honoratissimi Chronologia M.S. placuit repetere, prolixius de hâc Hegirâ agunt *Scaliger lib. 2. de Emend. temp. & Hottingerus* (a) ipsorum Arabum scriptorum ductu.

a) lib. 2. c. 4. p. m. 160.

Ad Muhammedem ut redeamus, is Mechâ relictâ, Jatribum, (*Æ*tribus *Zonaræ* (b)) postea Medina alnabi, id est civitatem Prophetæ, l. brevius Medina id est civitas κατ' ἐξοχὴν dictam concessit, comitibus Abubecro, Abdallâ, & paucis aliis. Accurrentibus verò undique plurimis, altero statim fugæ anno, aliquot centenis Muslemannis auctus, exercitum 319. militum confecit, eâque manu, tanquam integro exercitu Koreischitarum fudit exercitum, eorumque potentiam fregit, donec anno Hegiræ octavo, decem millium instructus exercitu, Mecham metropolin, quam ab Abrahamo inchoatam & ab Ismaële perfectius exstructam hactenus coluerant Arabes, sæpius licet repulsus, occupavit, potentiorum è medio sublatione potentiam sibi firmavit (c), & vividæ Muhammedismi juventuti dedit initium. Tum verò ille cristas erigere, omnes omnium gentium mores ac robur despicere, & quod mirandum maximè, ad vicinos Reges, Cæsarem Constantinopolitanum, Persam, Ægyptium aliosque mittere Legatos cum literis argenteo

b) Tom. 3. p. 127. b.

c) Hotting. hr. Orient. l. 2. c. 5.

Inventus vivida.

signo

signo, cui hæc verba impressa erant, *Muhammedes Dei nuncius*, obsignatis, novaque sua commeita ipsis commendare (a), quatuor autem Amiras seu duces à se creatos, quatuor acutos Dei vocare gladios, in perniciem omnium, qui novam hanc religionem amplecti nollent, strictos. Fortunâ autem ipsius ausis favente universas Arabiæ urbes, provincias & Respublicas subjugasse scribitur, ab *Erpenio* (b) & *Cælio Curione* (c). Et hac ratione venenum illud Alcorani pestiferum, vires undiquaque serpendo accepit, Muhammede geminâ illud spargente viâ, violentia scilicet ac fraudulentiâ.

Violentiam experti sunt Judæi, quibus infensissimus semper fuit (d), ceu *iræ divinæ reis*, *Az.* 2. *signa Dei abnegantibus*, Az. 49. & *Prophetarum occisoribus*, *nil nisi superbiam in animo reconditam habentibus* ib. & quod primarium, *perpetua contradictione sibi molestissimis*, quamobrem in Alcorano eorum (quos Hudæos, Jahudæos, populos libri nominare solet) raro absq; insigni execratione meminit, & omnes, quos in nassam suam, ullis pertrahere haud poterat viribus, partim bellis, quorum undecim contra eos gessit, teste *Cæl. Aug. Curione* p. 10. (*Ioh. Andreæ Conf. Sect. M.* c. 10. p. 162. decem numerat) delevit, partim exilio perpetuo mulctavit, & extra fines suos in Syriam ablegavit. *Az.* 67. uti ex commentatore *Beidavi*, hæc probat *Cl. Hottingerus* [e]. *Fraudulentia* maximè usus est erga Arabes Idololatras, innumeras ipsi Myriotechnite suggerente artes. Erat hic populus naturâ credulus, simplex & tamen curiosus [f], novarum rerum admirator, crassa admodum & facile confutanda eorum Idololatria, & Politia planè agrestis, omnes interea prædarum avidi, & bonorum temporalium æstimatores nimii, quapropter inter cæcos facilè aliquid potuit monoculus; Facilè versuta hæc bestia suas rationi nonnunquam conformes nugas, quasi ipsius Dei oracula, quibus prædarum copiam, regna ampliora, potentiam maiorem, uxorum multitudinem, & in alterâ vitâ corporales promittebat delitias, intimare poterat, magicis artibus barbaris admirandus, & liberali in cultores suos pecuniarum profusione charissimus (h). Reliquæ gentes, Christi nomine superbæ, uti rudiores erant plerumque, ita religionum,

a) Cæl. Aug. Curio l. 1. p. 11.

b) Orat. de ling. Arab.

c) lib. 1. hr. Sar. p. 11. Zonar. T. 3. p. 127. b.

d) Cedrenus A. 21. Heracl. p. m. 34. Eutropius cõtinuat. de Reb. Rom. l. 18. p. m. 255. Quonã hodie in Judæos animo sint Turcæ, refert. Hóniger. l. 2. c. 8. p. 135.

e) hr. Orient. l. 1. c. 2. p. 214. Conf. Magdeb. Cent. 7. c. 15. p. m. 351.

f) Baron A. 630. p. 2.

g) Baron. l. c.

h) Philip. Melanch. in Chron. Car. lib. 3.

num, in exteris non ſaltem populis, ſed in ipſis eorum viſceribus, regnantem diſcordiam (diſtractæ enim erant in Jacobitas, Neſtorianos, Romanos ſ. Melcitas, Eutychianos (a),) Romana & Græca Eccleſia intenſiſſimo invicem laborabant odio, & peſſimus ubique apparebat Eccleſiæ ſtatus, uti ex *Ammiano Marcellino, Hilario, Euſebio, aliisq; hoc demonſtrat Hottingerus* (b) non poterant, niſi maximè execrari; hinc paulatim dubios & de ſuæ religionis veritate incertos verſipellis invenit Pſeudopropheta, cuius Enthuſiaſmus qui ignaros facilè capit, religio item carni amica, magnâ etiam parte ex Chriſtianiſmo, hæretico licet, conſuta, ita ipſorum faſcinarunt corda, ut vel ſponte, perpetuarum in Eccleſia diſcordiarum pertæſi, apud Muhammedem nomina ſua profeſſi ſint plurimi. Diſſentientes verò & Chriſtiani nominis cultores ſtrenuos, quamvis benevolè ſemper à Muhammede habitos, teſtetur *Elmacinus* (c); de violentia tamen ſimul adhibitâ vix dubitare ſinit ipſe Alcorani textus, omnes, Deo *æqualem aſſociantes* (ſic enim Chriſtianos Trinitatem confitentes plerumque deſcribit) morte dignos, & ferro exſtirpandos clamitans, quo metu non paucos occupatos vitæ ſervandæ ergò, animæ ſalutem neglexiſſe, ipſa temporis ſuadet ratio, confirmant hiſtoriarum monumenta.

Muhammed verò tantis ac talibus rebus geſtis, peracto jam in Regno Meccano biennio, ſpurcam tandem, ceu ſpurca beſtia, exhalavit animam, Ann. Chriſti 631. d. 16. Junii *ſecundum Scaligerum.* (d) l. Ann. 633. *ſecundum Emalcinum*, ætatis ſuæ 63. (e) Cadaver aliquot diebus manſiſſe inſepultum, quod tertio die ſe reſurrecturum dixiſſet, poſteà verò à canibus arroſum ſcribunt *Eulogius & Vincentius* (f). Sed cum parcum ſemper fuiſſe Mahummedem in jactandis miraculis, & ferro, non prodigioſâ virtute ſuam propagandam eſſe ſcripſerit ſectam, hanc narrationem ſuis potiùs relinquimus autoribus. Oſſa recepit Medina, ubi monumentum eius erectum adhuc viſitur, tantæ apud ſuos obſervationis, ut tegumentum per anni ſpatium illi inſtratum, Turcarum Imperatori quotannis, ceu ingens donarium, magnâ cum reverentiâ offeratur, & virtute ſeu ſpiritu Muhammedico ornatum exiſtimetur, referente *Wallichio*

a) Diacon. l. 18. c. 52. it. 53 Lamb. Dã. in Aug. de hæreſ. c. 96. p. 260. a.
b) hr. Or. p. 222.
c) hr. Sar. p. 11. apud Hotting. hr. Or. p. 235.
d) additam. lib. 2. de emend. tép.
e) Hott. hr. Or. l. 2. c. 4. p. 273.
f) ap. Baron. A. 630. n. 9. l. 23. c 47. ap. Magde. Cent. 7. v. 5. f. m. 364. Confer. acta Mahometis Francofurti cũ iconibus edita Anno 1597. p. 261.

(a) & (b) *Mullero* (c); librum illius sepulchro impositum in eâdem apud Ægyptios esse veneratione, refert *Höniger. rerum Turcicarum* libr. 2. c. 15. p. 149. Sunt tamen, qui corpus ipsius Meccam delatum & ferreo reconditum feretro inter magnetes pendulum esse referant, sed autoritate incertâ, dubitantibus de eo non tantùm pluribus, d. negantibus etiam ipsis Turcis, teste *Wallichio* l. c.

a) in vitâ Mah. p. 126. & 27.
b) historiæ Turc p 39. c. 17.
d) Forer. in Itiner. p 88.

Non verò cum Muhammede sepultus simul Muhammedismus, sed vigorem juvenilem demum ostentavit sub *triplici diversarum nationum periodo, Saracenica nempe, Turcica & Tartarica.* Inter *Saracenos* primùm floruere, qui ordine successerunt Ebubekiz, Omer, Othman l. Osman & Ali, quatuor Muhammedis Prophetæ dicti, (e) vel quia Muhammedem aliquo agnationis aut affinitatis gradu contigerunt, vel quod legem Muhammedicam interpretati, eamque in ordinem redegerunt, referente *Curione* (f), *& Ioh. Andrea*, (g) vel quod gladio, in quo Muhammedica plerumque consistit Prophetia, fortiter rem egere, fuso aliquoties Romanorum (h) exercitu, Palæstinam (i), Syriam (k), Ægyptum (l), Persidem (m), Rhodum (n) Africam, Nubiam & Armeniam (o) suis adjungentes regionibus. Non diu post Alis obitum Imperio frui potuerunt Al hacemus & Chuseines, Alis filii, nullis propterea rebus gestis inclyti (p), sed Muaviâ Imperium invadente, ista *Ommiadum familia* ingentes vidit successus, & virilitatem jactare jam tum temporis potuisset Muhammedismus, nisi *Abbasidarum* huic succedens familia dubiæ, seditiosæ & nondum satis confirmatæ ætatis signa dedisset haud dubia. Paruerunt enim referente *Roderico Toletano*, (q) Hispano, decimo inter Ominiadas Califæ, Iconia, Lystria, Alapia, Chaldæa, Assyria, Media, Hircania, Persis, Mesopotamia, Syria, Celesyria, Arabia, Æthiopia, Africa & Hispania, omnia unius ferè seculi spatio occupata, tantâ felicitate, ut eam in barbaris, quales plerumque æstimati Saraceni, non immeritò totus stupeat orbis. Ut

primum

e) Leuncl. Annal. T. p. 47. Pandect. hir. Turc. n. 23.
f) hr. Sar. l 1. p. 13.
g) Conf. Sect. Mahom c. 2. p. 37. seq.
h) Genebrard. lib. 3. ad A. 637. Cedren. anno 24. Heraclii p 350.
i) Sophron. Epist. ad Sergium. Diacon. l. 21. Cedren. anno 2. Constantis p. 355. Eutrop. lib. 19. Contin. de gestis Rom.

(k Elmacinus, Curio. l. 1. p. 11. Baron A. 632. (l) Aemil. L 1. c 2. Blondus l. 6. de cad. 2. Genebrard. l 3 p. 266 seq (n) vid. cit. auth. (o) Zonar. T. 3. Annal. in Constante. Cedren. anno 12. Const. p 355. ( ) de his vid. Theoph. & Cedr. anno 6 Constantis Baron. A. 647. 648. Zonar. T. 3. p. m. 128 Elmac. hist. Sar. p. 22. Hotting. historia Eccles. part. 1. secul. 7. p. 408. (p) Leuncl. hist. Musulm. l 1 p 36. (q) hist. Arab. c. 12.

primùm verò *Abbasidarum genus* Califatum obtinuit, Ommiades sibi vendicarunt Hispaniam (a). Alisequi seu Alis posteritas, dicti etiam Abutalibitæ, à patre Alis Abutalib, & Phatimæi à Phatimâ (b) Muhammedis filiâ, Alis uxore (c), circâ An. Chr. 910. Califatum sibi vendicarunt in Africâ (d), potestate nemini magnatum orbis inferiores, teste Elmacino (e), fuitque circa An. Chr. 936. tanta Saracenici regni confusio, ut eodem describente (f), *ferè qualibet urbs haberet Regem, nec præter Bagdadum quicquam possideret Califa, debilitatum*, ait, *regnum & devastatio obtinuit, & evacuata sunt ararià*.

Eminuit hac occasione novæ nationis periodus, *Turcarum* scil. de quorum nomine supra actum. Scythico hi prognati sunt sanguine, veluti non tantùm *Mela* (g), *Plinius* (h) & *Herodotus* (i); sed ipsi ipsorum mores, corporis ornatus, equitandi modus, arma, pugnæ, lingua, dialectus, ingenium, omnia Scythica (k) testantur, populus initio obscurus, unde primæ ipsorum eruptiones ab historicis accuratè non sunt observatæ, nomenque Turcicum sub Imperio Mauritii, seculo sexto demum innotuisse scribitur apud (l) *Genebrardum*. Postquam verò, imperante Constantino Monomacho, vel paulò ante sub Romano Argyro, à Persarum Rege Machmute Sebictegine, muneribus ac annonis ad belli societatem adversus Indos & Bagdatinum Califam pellecti, rem benè gesserunt, ipsam mox ob negatum reditum invasère Persiam, & Muchemete in prælio succumbente, regimen in ducem suum Muhammedem Abutalebum Togrulbecum (vitiosè à *Zonara* (m) ταγγρολίπηξ μιχάλιλ, & à *Cedreno* Tagrolipix Mukalet Mikeilis filius appellatus) transtulerunt, eumq; An. Chr. 1059. Bagdadi inaugurarunt (n).

Hæc autem periodus, quod Togrulbecus, avum nomine Salghucum (o), magnæ apud Turcas æstimationis, haberet Salghuzidarum; vel secundum Leunclavium l. c. Selzucciorũ Togranorũ vocata est. Postea etiam pulsis ex Persiâ circa Ann. 1200 per Tartaros Salghucidis Togranis, Aladino è Persiâ profugo, Asiæ minoris

a) Eutrop. Cont. rer. Rom. l. 22. p. 306.
b) Hotting. hi. Or. l. 21. c. 6. p. 27.
c) Hott. hi. Eccl. T. 1. sect. 9. p. 647. seq.
d) ap. Hotting. Hist. Eccl. T. 2. Sect. 10. p. 89.
e) p. 203 ap. Hott. l. c. p. m. 87.
f) sub fine libri 1.
g) lib. 6. c. 7.
h) lib. 4. conf. Genebr. l. 1. p. 19.
i) Laonic. Chalcond. de Rebus Turcic. L. 1. p. m. 64. Iovius Turcicarum rerum commentario. p. 107. Baronius *A.* 567 n. 2.
k) l. 3. p. 256. *A.* 590.

l) Tom. 3 p. 203 (m) conf. Elmac. apud Hotting hist. Eccl. T. 2. p. 438. a 22. Leuncl. lib. 1. hist. Mus. p. 67 seq. Genebrard. *A.* 1079. p. 585. 569. 576. Baron. A. 1049. (n) Genebrard 3. p. 285. Selduch. eum nominat. qui anno 556. cum suis Turcis Alanos, Colchos Armenios Persas infestarit. Conf. Eutrop. rer. Rom. l. 22. p. 310.

noris Imperium recuperante, iconiique sedem figente, Aladinia sive Iconiensis dicta, de quibus prolixè agit *Leunclavius in historia Musulmannica.*

Tertia novæ nationis periodus, quæ Muhamedicam ornavit juventutem, *Tatarorum* posset esse, de quorum nomine agunt *Spondanus*, (a) *Haytho*, (b) *Hottingerus*, (c) & alii quam plurimi. Hi duce Ginchischam, Gregorâ Sitzischan, aliis Gangio Cham Persiam invasere, Turcorum undique labefactatis viribus, quorum Imperium ad Timurlang, vel Tamerlanem, illum Turcarum domitorem, & Baiazetis flagellum usque duravit; posteris ipsius per intestina dissidia partas semel regiones Muhammedicas iterum amittentibus (d).

Tandem *virile robur* se ostentavit sub Othomannidis ab Othomanno, qui circa An. 1300. regno potitus Musulmannico, denominatis. Hic Othomannus, vel Osmanes, genere Turca fuit, familiâ Oguzius. Erant autem Oguzii, velut *Leunclavius* (e) ait, *revera Nomades, qui pascuorum causa de locis aliis in alia cum familiis commigrabant; & tentoriis suis vel mapalibus sub dio contenti, nulla nec oppida, nec pagos, nec ædificia sibi struebant. Ipsa mapalia quibus utebantur tabernaculis erant similia, rudi panno, quem filtrum vocamus, cooperta; dicti à priscis Hamaxophoreti & Gamaxobii, quod in Plaustris hinc inde perpetuo circumvagarentur, & omnem in iis ætatem agerent.* Eiusmodi populorum Imperator initio fuit Osmanes, eâ potestate, ut aratum cum suis ire nonnunquam cogerentur (f), postea, Regis Aledini Ducibus, Rege absque hæredibus defuncto, de Imperio inter se digladiantibus, infirmiorum Ducum adjutor strenuus, debellatisque superioribus, illis quibus auxilio venerat, exitiosus, omnibus formidabilis, potentissimi Regni fundamenta jecit, pro Imperatore summo Muhammedico agnitus, primo decimi quarti à nato Christi seculi anno, vir, ut à suis describitur, animo magnus, Osman Gasis, id est, stratioticus aut militiaris (g) vel Heros, interpretante Laonico, propterea dictus, liberalitate & munificentiâ, non in milites tantùm, sed quosvis etiam egenos & inopes satis clarus (h) imperium non sine augurio Edebalis, qui somnio, quod Osmanni vel secundum alios Ertogruli Parenti

a) A. 1212. n. 10.
b) in Passagio Terræ S. c. 16, & seq.
c) T. 3. Sec. 13. p. 487.
d) vid Haytho. l. c. Hott de Gingischanismo hr. Eccl. T. 4. Sect. 15. Spondanus l. c.

Ætas Virilis valida.

e) hist. Musulm. l. 1. p. 94.
f) Leuncl. l. c. p. 115.
g) Leuncl. l. c. p. 126.
h) Id p. 176.

Parenti Osmanis oblatum erat, audito, arborem ex umbilico ipsius natam, ramis per universum orbem se extendentibus, futuræ magnitudinis Imperii indiciũ esse prænunciavit, confirmante hanc interpretationem Durude quodam, Dervisio, ad Osmanidas pervenit (a). Refert *Spondanus* (b) ex *Zosimo* antiquum Sibyllarum oraculum, quo Bithynias regiones (in quibus Turcicæ potentiæ visa primordia) à lupis habitatum iri, Byzantii mox futuris eversoribus, prædictum fuerit. Eventus sanè respondit dictis, cum potentiam hanc Othomanicam non saltem experti sint, eiusdem religionis asseclæ, omnes verè possessis ante spoliati regionibus, sed regiones cum primis Christianæ, Imperium Constantinopolitanum & Trapezuntium, regna Thessalorum, Macedonum, Peloponnensiũ, Epirotarum, Bulgarorum, Serviorum, Bozinensium, Valachorum, Georgianorum, Armenianorum, Cypriorum & Pannonum, Turcicæ potentiæ τεκμήρια heu! magis quam vellemus, manifesta, & nobis nunquam satis deploranda.

a) Id. p. 114. seq.

b) A. 1300. n. 13.

Verùm satis hactenus incrementorum Turcicorum, languida illa ac dudum à nobis expetita jam adest senectus, quàm etiamsi nondum agnoscant plurimi, Gogiticam priùs expectantes irruptionem, vel militiæ Turcicæ Coloniam usque deductionem (c), tùm Picardiæ, Flandriæ & Brabantiæ (d), imò omnium omninò regionum (e) per Turcas, præcessuras incursiones; nos tamen de Turcicâ senectute præsenti non *vaticinia* tantùm, sed *alia* etiam *indicia* reddunt certissimos. Inter *Vaticinia* eminet illud Danielis, quo Muhammedismus ad *tempus & tempora & dimidium temporis duraturus scribitur*, quod huc trahit *Dn. D. Hoë Comment. in Apoc. c. 20. p. 37.* cui adiungit *Dn. D. Phil. Nicolai caput Apoc. 9: cum in horam, diem & mensem paratos* ait *equites*, (Muhammedis) ex qua finem Imperii Turcici An. Christi 1670. futurum colligit.

c) Methodius ap. Wolf. rer. memor. T. 2 A. 1571.

d) Claromontanus ap. Wolf. l. 1.

e) secundũ Prophetiam Hebræam à Bemecho Paterensi Episcopo in Latinum translatam.

Extant prætereà de ruituro Muhammedismo profana vaticinia quamplurima, quibus etiamsi Canonicam non deferamus autoritatem, ob sapientem tamen coniecturam aut illorum, qui ex patefactione, vel ex causis naturalibus plura aliis colligunt, autoritatem cui rerum aliarum itidem prædicta-

rum, facta jam completio fidem fecit, ab omni parte rejicienda non existimamus. Huiusmodi sunt *discursus Baptistæ Nazari, & Ioh. Viterbiensis tractatus de futuris Christianorum triumphis apud Wolffium Tom. 2. Rer. Memor. Centenario.* Ab Abyssinis magni fieri quandam de Meccæ, Medinæque per Christianum Septentrionalem Regem futurâ destructione, tum Ægypti & Palæstinæ occupatione, Prophetiam, refert *Besoldus in consider. legis & sectæ Saracenicæ* (b), de quâ librum Arabicè scriptum, ante urbis Damiatæ occupationem inventum esse annotat *Cl. Hottingerus in Thesauro Philol.* (c) *Wallichius in vita Mahometis* (d) refert, Turcas hodiernos in Annalibus suis legere, tamdiu perstiturum regnum Muhammedicum, donec veniant *figlivoli biondi*, i. e. flavi & albi filii, vel filii ex Septentrione flavis & albis capillis, secundum aliorum interpretationem; utrum autem Sueci hic intelligendi, ceu volunt nonnulli, aliis discutiendum relinquo. *Antonius Torquatus* laudem hanc Ungariæ Regi voluit reservare, *Leunclavio* referente, (e) sub Theodorâ verò Imperatrice famam fuisse, Macedones Saracenismi futuros eversores, unde Monomachos Imper. cum Macedonicis legionibus in Orientem traiecerit, refert *Cedren. p. 951.*

Plura vaticinia passim leguntur *apud Leunclavium* (f), *Wolffium* (g), *Besoldum* (h), *& alios. Vaticinia Severi & Leonis Imperatorum* cum Iconibus exstant, *Francofurti edita An. 1597.* ex quibus tamen frustra (i) Commentator, finem Regni Turcici in Mecumete III futurum, commentus est, à tempore, si non rationibus, dudum refutatus. Veritati maximè consonum est Muhammedis morientis præsagium, quod *Ludovicus Vives* (k) citat, tamdiu nempe legem suam duraturam, quamdiu victoriam suorum. Quod enim lex non in recti persvasione sed violentia consistat, victoriis cessantibus, legem quoque cessaturam satis conjicere potuit, idemque Turcicus, qui hodie decrescit magis, quam viget, status, apertè testatur. Ultimus potentissimorum Turciæ Sultanorum fuit Solimanus, & is tamen quinquies cum universo ferè exercitu Ungariam ingressus, quinquies, si non omninò vanas, impotentes tamen, pristinarum victoriarum collatione, expertus est vires, (clades, quæ secutæ, è

Christi-

a) f. 803. & 884.
b) p. 48. ex Dureti hi. des langues f. 575.
c) l. 1. c. 1. Sect. 9. n. 5. ex Fortalitio fidei. p. 216.
d) p. 158.
e) in fin. Epist. f. 844.
f) p. 7.
g) lect. memorab. T. 2. p. 55. seq.
h) in historiâ Constantinopolitanâ part. 2. sub titulo Amurathes IV.
i) de verit. rel. l. 4. in fine.

Cristianis illatas infra breviter recensebimus) hodie soli Veneti Turcas ferè sustinent universos, ingentibus damnis non semel à se mulctatos, & quas hodie de novis incursionibus audimus minas, jactabundis potiùs, quàm bellicis ascribimus viris; ipsi enim Principes, ut *Causini* verbis [a] loquar, per *contumaciam & fastidium hebescunt. Ianissarij, malunt ad portam desidere, saginare hiantem avaritiam, amoribus & rixis exerceri, quam belli duros labores & præliorum incerta persequi. Iuvat incubare partis, nec fugientia tentare per tot discrimina. Cepit ipse Sultanus, olim tremendus omnibus, nimis timere, postquam Osmanus per subditorum pollutas manus de suo fastigio detractus est ad laqueum.* Juvat hîc Osmanidæ, nec Christianorum fidentis amplius dissidiis, in Moscheis suis alioqui summè expetitis, [b] referre exemplum ex *Iacobi Grossii de Antichristo Orientali, tractatu*: Instigatus Anno Christ. 1623. à Bassis suis Sultanus, ad Germaniæ, intestinis motibus fermè delassatæ, bellum inferendum, tale ipsis exhibuit spectaculum: Canes venaticos fame per aliquot dies exercitatos, prædâ objectâ inter se commisit, quibus acriter in semetipsos furentibus, ursum immisit, sed mox ab ipsis, unanimiter quasi irruentibus, vehementissimè laceratum. Hic scilicet Turcorum hodie est animus, diversissimus à Majorum suorum inauditâ confidentia. Degenerarunt enim, teste *Henrico Stephano in Oratione contra Vberium Folietam Genuensem,* [c] plurimum ab antiquis; Est Turcica gens inculta hodie, animis abjecta & ad pugnas stationarias inepta, inquit Joh Lauterbachius [d]. Græcus ignaviâ præditus, Asiaticus luxu corruptissimus, Ægyptius non minùs animo quàm corpore eviratus, Arabs excoctus, minutus & exanguis, [e] ipsi hoc propter eorum Sophi regni corruptiorem agnoscunt formam, [f] bellum quò minus domi queant sustinere, agricultura facit deserta, regiones spoliatæ, ut vix vitæ necessaria relinquantur, uti hoc argumentum prolixius exsequitur *Conzenius* (g), seditionum & factionum intestinarum summa pernicie hæc exaggerans l. c (h)

a) de Regno Dei dissert. 4. p. 12.

b) Ludov: Tubero l. 8. Comment. de suis temporibus f. 207: p. 2.

c) extat & hæc apud Reusnerum v. 4. P. 1. p. 41. seq.

d) in commentatione de bello contra Turcas suscipiendo quæ extat apud Reusner. vol. 4. P. 1. p. 159

Plura

e) Barth Georgevvitz in Orat. Exhort. ad Maximilianum. (f) Walich. de rebus Turcicis. pag. 30. (g) Polit. lib. 1 cap. 21. §. 8. & lib, 8. cap. 11. §. 12. (h) Conf. l. 9. cap. 7. num. 1.

Plura ruituri dominii Turcici *signa*, ut ipsorum insolentiam, perfidiam, (rarò impunitam) Dei contemtum, rei privatæ studium (omnia cum sint venalia,) audaciam, exactiones immodicas, enumerant *Leunclavius*, (b) & plurimi alii, quorum magnam partem edidit *Nicol. Reusnerus in Consultationibus suis de bello Turcico*; Palmarium est ipsa Tyrannica administratio, quam diuturnam non esse probat Aristoteles, (c) confirmat *Seneca*, (d) nec inficiatur experientia. *At nobis hîc prolixiores esse non licet, quamobrem à Muhammedismi* corpore *nos ad* animam eius *contemplandam convertimus, & quod maximè nostri est, instituti, ad* Religionem *& quæ ad eam pertinent*, HODOMORIAM MUHAMMEDICAM *breviter repræsentaturi.*

a) Confer. Cluverii Epitomen ad A. 1624. p. m. 796. aliosque.
b) in Præfatione hist. Musulm. ubi de rerum Turcicarum statu agit p. 8. & seq.
c) lib. 5. Polit. c. 12. p. m. 516.
d) lib. de irâ c. 16. & Conf. Conzenius l. 1. Pol. v. 21. n. 5. & Hieron. Savanarola in Comment. contra Muchumetem.

Via Muhammedana

(A) Lata *quidem &* Catholica, *sed simul* (B) Lutosa, (C) & Labyrinthæa

(A) Lata & Catholica 1. Loco (1) *Actuali*. Sic viam hanc premere cernimus, non tantùm universum Osmanidarum Imperium, Ægyptum puta, Syriam, Armeniam, Mesopotamiam, Chaldæam, Cappodociam, Asiam minorem, Imperium Trapezuntinum, Græciam omnem, insulasque & maris mediterranei, & Archipelagi, Peloponesum etiam, Epirum, Ætoliam, Achaiam, Macedoniam, Sclavoniam, Bosniam, Walachiam, Serviam, Bulgariam, Mysiam, Ungariam, seu Pannoniam, aliasque regiones; verum etiam Scythas, Tataros, Persas, Indos, Arabes, Æthyopes, cæterosque Africanos, recensente *Ioh. Catovicio in Itinerar.* c. 1. Huc refer Hispaniam pluribus à Muhammedanis possessam seculis, ex quâ uti non semel Galliam simul & Italiam fœdarunt Saraceni, ita in istis etiam regionibus, Saracenismum si non viguisse, saltem fuisse, patet. Nec innocens ab hâc lue omninò nostra Germania, tot nostrorum in Viennæ olim obsidione, hodieque bellis, aut latrocinio maritimo captorum, libertatis corporalis gratiâ, animæ libertatem vendentibus & latissimam hanc viam simul decurrentibus. *Edoardus Brerevvodus Anglus in Scrutinio religion*: (c) accuratè Muham-

e) c. 3 p. 26. seq.

medismi

medismi Fotrices terras enumerans, præter ea, quæ in Europâ possidet, quatuor nonas Africæ partes, & Asiæ continentis ferè dimidium, seu novem Asiæ partes de viginti, exceptis Insulis, in quibus non minorem invenére gratiam, Muhammedanis deberi, affirmat; Comparatione posteà (a) institutâ cum Christianismo & Paganismo. *Inveniemus, ait, Christianos possidere terræ habitatæ partem, circiter sextam, Muhammedanos quintam (errant qui dimidium orbis terrarum occupasse scribunt) Idololatras duas tertias. Quod si notum orbem in triginta æquales partes diviserimus, Christianorum pars habebit se tanquam quinque, Muhammedanorum tanquam sex, Idololatrarum tanquam novendecim.* (b)

Ite nunc Romanæ Thaides, & vestros enumerate procos, amplitudine & locali Catholicismo nuspiam non gloriosæ, parvamque rectè sentientium despicite cohortem, vincit Muhammedismus amplitudine omne Christianum nomen, cujus tamen quantula vos estis portio, plurimùm in Oriente (ut de Occidente nil dicam) sibi vendicantibus Græcis, Melchitis sive Syris, Georgianis, Moscovitis seu Russis, Nestorianis, Indis seu Christianis S. Thomæ, Jacobitis, Cophtitis, Armeniis, Abyssinis, & Maronitis, de quibus videri potest *D. Phil. Nicolai de Regno Dei,* (c) *Dn. D. Pappus in Epitome historiæ Ecclesiasticæ* (d), *Danæus Comment. in Augustinum de hæresibus* (e) *& Brerevvodus* (f)

Sed vana Turcarum quoque gloriatio, blasphema verò Christianorum ob hanc amplitudinem Apostasia (g), vel unico Gentilismi, triplo & quod excurrit, Muhammedismum ex amplitudine æstimatum, excedentis, argumento, convincenda, si aliæ abessent, quas vel ab ipsâ ratione vel experientiâ ductas alibi persequuntur Theologi, rationes. Neque providentiæ divinæ veluti mendaciorum tam largam haud admissuræ segetem, quæ titubationis plurimorum Christianorum à *Septemcastrense* (g) causa adducitur, hîc pro iis militat, quam licet nostra exhaurire non queat ratio, id tamen facile novit, Catholica hominum facinora, inter quæ Evangelii rejectionem, aut curam admodum remissam, non postremas numeramus, Catholicam etiam requirere pœnam, scilicet Muhammedismum, ideò semper ampliorem, quod scelera multipli-

a) c. p. 51.

b) Conf. Hotting. hr. Orient. l. 2. c. 5. p. 279.

c) lib. c. 1.

d) p. m. 538.

e) c. 98. p. 262. seq.

f) l. c. 6. & seq.

g) Septem castr. c. 9.

g) cap. 9.

tiplicata remissiora haud admittant supplicia, piis intereà probationi, aliis admonitioni existentia; tum ira misericordiâ divinâ attemperata, ut punitis media ad veritatem non omninò ablata, sed copiosè potiùs oblata inveniantur.

(2) *Virtuali*, omnes terrarum gentes lubentissimè exceptura. Ferro enim quid hactenus egerint, & ulterius in Religionis suæ augmentum, si per Dei liceret providentiam, molituri essent, nemini non constat; nec promissis & muneribus propositis, ut religionem propagarint, incertum est, aliis etiam insidiis inclyti, veluti cum nomine decimarum juniores Christianorum liberos sibi rapiunt, postea in Muhammedismo erudiendos, nec minima ipsius exstituros fulcimina, quod de Gianizaris probat *Septem castrensis cap.* 8. Illud notandum maximè, quod in longè dissitis regionibus in propagando suo errore, operam non minus strenuè navent, quàm ipsi Jesuitæ, *annotante Grassero in Plagâ Regia* (a), verbis notatu dignis: *Hoc tempore* (ait) *Arabes illi Mechani* (*Lusitani hos Mauros vocant*) *a Lusitaniis irritati in Indiæ Orientalis, qua versus Austrum declinat, partibus, de religione suâ propaganda, non minus laborare dicuntur, quàm Iesuitæ: In abnuentes etiam non minus crudeliter feruntur sævire, quam Hispani. Nam & Calluph Mechanus, qui verus Muhammedanorum Papa, Muhammetisque successor est, in prædictas regiones suos subinde emissarios, homines acres, & in lege sua exercitatos submittit, qui & paganis Alcoranum prædicant, & Iesuitis animis & voce acerrimè resistunt. Partim habeo ex Epistolis Indicis Iesuitarum, partim ex Mercatorum Batavorum relationibus: ex quibus constat Mauris illis asseclas in illis regionibus, & potentes etiam patronos non deesse, qui religionem hanc ferro & igne propagare student. Testanturque Batavi, se in Insulâ Iava Regem Balimboa a Muhammedanorum Indorum numeroso exercitu obsessum deprehendisse, qui in extremâ senectâ eum, ut suam sectam amplecteretur, cogere volebant. Addunt & hoc, Iavanenses illos ante annos primùm 34. Muhammedismum recepisse. Scribunt autem hoc Anno 1596.*

a) p. 151. ap. Hotting. l. c. c. 10. p. 281.

II. Tempore. Sic Muhammedani Alcorano deferunt æternitatem, excitatâ etiam pristinis temporibus persecutione, qui creatum saltem volebant statuere [b]. Fidem suam esse eandem

b) Hotting. l. c. cap. 3. p. 252. & 253.

quæ-

quæ Abrahami, Iſaaci & Jacobi, tum omnium Prophetarum [c] fuit, nugatur Muhammed; hodierni mille & quod excurrit (præſens enim annus incurret in annum Hegiræ 1070.) annorum duratione, ſuam tuentur religionem, additâ continuâ nec unquam interruptâ Pontificum ſuorum ſerie, quorum priores cum regione curam coniunxere religionis, Califæ id eſt ſucceſſores, vel vicarii Muhammedis dicti, concionibus etiam habendis dediti [d], Kalifatu autem per Tataros Bagdadum occupantes ſublato [e], Mophteorum ſucceſſit dignitas, eodem circa Eccleſiaſtica cum anteceſſoribus jure utentium, etiamſi ſublimis in Regno poteſtas ſolis reſervata ſit regibus, [f] *Et hic Mophtheorum ordo concatenatus hoc ipſo adhuc die durat, ait Hottingerus in Hiſtoria Orientali* [g], Califarum autem ſeriem deſcripſit *Elmacinus*, & ex eo *Hottingerus in hiſtoria Eccleſ.* [h] Hac igitur in parte nullatenus ipſis inferiores ſunt Pontificiis, quin fortè ſuperiores. Aſt ſenſum fidei, catholico Prophetarum & Apoſtolorum ſuffragio firmatum quod attinet, quo uno conſenſu conſtat propriè Catholiciſmus; Turcæ nil minus, quam Caccholici dicendi, niſi fortè à Catholico omnium hoſte catholicis machinis claro, vel ab hæreſium omnium catholica colluvie denominari velint.

c) Az. 11. p. 35.
d) Itinerar. R. Benjamin. p. m. 63. & notæ L' Empeur in l. c. p. 183.
e) Iouchaſin fol. 151. 151. apud L. Emper. l. c. p. 184.
f) de quo infra.
g) l. 2. c. 5. p. 248.
h) Seculo 7. & ſeq. in Muhammediſmo.

(B) Lutoſa [i] propter omnium ferè hæreſium ſpurcitiem, Judaiſmo & Gentiliſmo auctam, ut nihil aliud appareat in Muhammedicâ hac viâ, quàm nefanda quædam πανσπερμία ex Judaiſmo, Gentiliſmo, & depravato Chriſtianiſmo; nec apex ferè in univerſo Alcorano reperiatur, quem magnus ille veterator aliundè non emendicarit; quod in dogmatum Muhammedicorum hic inſtituendâ breviter recenſione, cuivis fortè patebit.

De DEO rectè quidem docet Alcoranus, eſſe eum omnipotentem, omniſcium, immutabilem, vivum, verum, ſapientiſſimum, altiſſimum, ditiſſimum, incomprehenſibilem, veraciſſimum, cœli terræque conditorem, bonis præmia, malis cruciatus diſtribuentem [a], ſui tamen mox oblitus *corporeum & finitum* facit, utpote manus habentem, ab 8. Angelis porta-

a) Az. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 13. & ſeq.

tum [b] non diversus hîc à *Manichæis* [c], *Tertullianistis* [d], *Audæanis* [e], *Metangismonitis* [f], quo pertinet, quod animam hominis divinæ naturæ partem, & eiusdem cum eâ essentiæ statuit, cum *Gnosticis* [g], *Manichæis* [h] & *Priscillianistis* [i]. *Temerarium*, ut qui per Dæmones, gentilium Deastrorum instar, juret, [l] *Manichæos* [m] forte hic secutus. *Iniustum*, ut omnis boni malive authorem [n], & fatali decreto alios igni alios Paradiso adiudicantem [o], quapropter in hâc vitâ veritatis luce non omnes illustret [p], sed magnam hominum partem falsorum pro veris obiectione seducat [q], qui error quamplurimis, tùm *Ethnicis* & *Iudæis*, tùm *hæreticis* etiam, quos hîc recensere longum foret, communis fuit. *Unum essentia & persona*. In quo dogmate defendendo, cum *Iudæis* suis plurimus est, imitans prætereà *Simonianos*, *Ptolomæos* [r] *Colarbasios* [s] *Montanistas* [t], *Noetianos* [u] *Praxeanos* [x] *Sabellianos* (y) & *Priscillianistas* (z). Cum verò Muhammed argumentis agat, quod alias insolens ipsi est, nec ea hîc præteribimus. Sunt autem argumenta illa partim *malitiosè callida*, cum (1) probationis desumptæ ex humana ratione defectum urget, Az. 37 [aa] *An Deus cum Deo. Afferte probationem si estis veraces.* Rationem enim hîc cæcam esse noverat, sapientior forte *Becano* [bb] & *Bisterfeldio* [cc], qui rationi hic aliquod tribuunt lumen; Scripturam verò ceu corruptam & mendosam reiicere noverat, nec tamen in hoc sibi semper constans, cum eius autoritate non parum sæpe se muniat adversus Judæos & Christianos. (2) Patrum qui sub lege vixerunt, ignorantiam adducit Az. 28. [dd] adeoque de novitate hanc accusat fidem, argumento non inepto, si cum *Alphonso Tostato*, *Calixto* [ee], aut *eius complicibus*, insipientiam magnam & quasi insaniam esse, ex libris Veteris Testamenti pluralitatem personarum divinarum, convincere velle, contendentibus, ipsi res esset, contra quos contrarium solidis-

Ludovic. Viv. l. 4. de V. R. Az. 38. it. 79. p. 176. c) August ad Quod vult Deum cum notis Lamb. Dan. c. 46. & 50. p. 143. d) Id c. 86. e) c. 50. f) c. 58. g) c. 6. h) c. 46. i) c. 70. p. 199. l) Az. 87. p. 180. m) Aug. l. c. c. 46. n) Cedren. ad An. 21. Heracl. p. 348. Az. 19. 76. o) Az. 69. p. 170. Az. 49. p. 142. Az. 19. p. 67. p) Az. 20. p. 69 Az. 33. p. 111. Az. 52. p. 150. Az. 12. p. 41. Az. 15. p. 46. A. 16. p. 49. Az. 20. p. 71. Az. 40. p. (p) 621. Az. 16. p. 59. (r) Aug. c. 1. & c. 13. (s) c. 15. p. 48. b. (t) c. 26. p. 79. b. (u) c. 36. (x) Epiphan. hær. c. 57. (y) Aug. c. 41. (z) c. 70. p. 199. Epiph. h. 49. (aa) p. 121. (bb) theol. Schol. p. 89. (cc) in Synopsi Anticrell. præmissâ num. 27. vide Dn. D. Dannh. Hodos. Phæn 3. p. 133. (dd) p. m. 94. (ee) Dissert. de mysterio Trinitatis & apparit. Filii Dei in V. Test. th. 12.

solidissimè demonstrat *Dn. D. Calovius in Socinismo profligato,* (x) *& peculiari disputatione de pluralitate personarum divin. è V. T. demonstratâ.*

Partim stolida, ut *Az.* 82. ubi objicit 1. Mulieris vel sociæ carentiam: *Non habet Deus sociam, itaque nec filium,* sic *Sampsates Ispachanes* (y): *Quâ ratione fieri potest, ut Deus habeat filium sine uxore.* Quasi hominum creator, ad creaturæ gignendi rationem se astrinxisset, de quo præclarè *Ludov. Vives*: (z) *Si unaquæq; natura, juxta facultatem, vim, ingenium sibi à Deo attributum producit fœtus, annon par erat Machumetem cogitare, Deum, si generaturus sit, non juxta hominis & equi, aut tauri conditionem, sed juxta divinam rationem, summam, ineffabilem, admirandam generaturum? Verùm, homo simplex & ex disciplinâ illâ castrensi modum unicum generandi novit, quo ipse utitur sæpè ac multum. Gignit ergo Deus Deum, mens rationem & sapientiam, æternus æternum, & qui ad agendum adjutorio nullius omninò rei indiget, per se absq; admistione alterius gignit filium, illum adeò sibi similem, ut eâdem prorsus sit essentiâ.* Conf. *Hugo Grotius de verit. religionis* (a), *& Ioh. Contacuzeni Regis Constantinopolitani apologia prima* (b), ubi Sampsaten pari quæstione fatigat: *Quomodo Christus ex muliere natus sine virili operâ, & quod illo manifestius, quomodo Adam homo factus sine viro & fœminâ? quomodo Eva ex viro quidem, sed absq; muliere creata?* (2.) Divinam sufficientiam ut *Az.* 20. *p.* 70. Deus Filio non est indigens, cum sit omnium abundantissimus, (c) argumento *Sociniano*, generationem divinam, ejusque causam, ex humanæ propagationis per generationem necessitate, iterum æstimans. (3.) Periculum mundo metuendum. *Az.* 31. *p.* 104. *si esset Deus, nisi unus, omnia funditus perirent,* (d) quod fabulæ Gentilium de bellis Deorum ipsi fortè suggessere, ex quo de Deo vero stultè argumentatur, à *Ludovico Vive l.c.* & aliis pulchrè refutatus. Argumentum idem est, quod *R. Bechai* in חובת הלבבות cap. 7. Si possibile est, inquit, ut sint plures, foret etiam possibile, ut orirentur dissidia inter eos circa productionem creaturarum; quasi *Deus ejusq; Filius aliter dissentire possent, quam mens & sua cogitatio,* breviter respondente *Ludoco Vive l.c.*

x) sect. sub sect. 4. artic. 1. p. 169. & seqq.

y) In Epistolâ ad Monachum Moletium, quæ extat Tomo secundo Operum Saracenicorum Bibliandri, cum refutatione Ioh. Contacuzeni Imper. p. 139. seqq.

z) lib. 4. de V.R. p. 466.

a) l. 6. p. m. 316. seq.

b) p. m. 195. & seq.

c) Confer. Az. 19. pag. 100. & Az. 49. p. 143.

d) Confer. Az. 27. p. 29.

e) Citante Halespan. l.c. lit. Ii.

Partim aliena, cum πολυθείαν, ex unitate in Scripturis etiam nobis traditâ, confutat; nec enim adversatur nobis illa nunquam non in ipsorum ore vigens confessio, la Illa, illa lahu h. e. Non est Deus præter τὸν Θεὸν vel Iehovā (sic enim alla cum articulo, explicandū vult *Erpenius*, q. s. כי אם אין אלהים יהוה, quæ explicatio ab inepta locutionis absurditate, quâ alii eam solent aggravare, hanc liberat phrasin) eadem & nostra est confessio, ut hoc propter, hoc de pluralitate Deorum, nobis jure haud possit affricare dogma, nisi *Tritheitarum* fortè cætui, qui circa A. 574. triplicem Dei naturam & essentiam asseruerunt, personis loco etiam separatis ac divulsis, [f] omnes omnino velit adjungere Christianos. Illud verò haud frustrà ab ipso observatum existimamus, cum πολυθείας Christianorum ennmerans, præter Deum Patrem & Filium ejus etiam Matrem Mariam ceu Deam à Christianis coli, affirmat [g], quæ observatio sine dubio ex crassâ illâ Mariolatriâ Papisticâ nata est, quam circa illud tempus cum Antichristo propagatam testantur tituli, ficta miracula, invocationes, Templorum splendidissimorum, Hierosolymis, Constantinopoli & nullibi non dedicationes [h], imaginis Mariæ ad depellendam pestem circum gestationes [i], unde opinionem de Mariæ divinitate hausit Muhammed, nunquam forte ab hâc discessurus, si posteriora vidisset tempora, ipsum etiam Deæ titulum præter honores divinos Mariæ deferentia [k], aut Symbolum Jesuiticum, ex *Ioh. Peza* Achillis Jesuitici, à reliquis Pontificiis scriptum concinnatum, & Procuratori inquisitionis exhibitum, cujus hoc exordium: *Credo in duos Deos, quorum unus Filij Pater & Mater est metaphoricè in generatione æterna, alter metaphoricè Mater & Pater in generatione temporali*, [l] aut de hodiernis audiisset *in Galliâ* (ceu nuper relatum) *Theomarianis* quaternitatem in Deitate fingentibus, novo non minus scandalo, quam exemplo.

f) vid. Danæi not. 1. Aug. c. 74. p. 205.

g) Az 13. p. 44. Confer. Sampsatis Epist. l. c.

h) vid Barō. A. 518. n. 39 A. 529. n. 19. A. 530. n. 34. A. 534. n. 58. & 64. n. 344 n. 9. 10.

i) Bar. A. 590. n. 13.

k) vid Dn. D. Hoe. l. 8. c. 22. Apoc. p. 308 & D. Gerh. Confess. Cathol T. 3. lib. 2. part. 2. art. 10. c. 2. in Appendice p. 627.

De CHRISTO magna utique in Alcorano exstant elogia, ipsum *à Spiritu Dei* (sic Gabrielem vocant, teste *Guadagnolo* [m]) *virgini Mariæ annunciatum* [n] *absque virili semine conceptum à Mariâ semper virgine* [o] *Messiam esse* [p], *quamvis ve-*

(l extat hoc in relatione Stratagematum, Iesuitarum Alphonsi de Vargas c. 18. p. m. 47. (m vid. Hacspan. l. c. lit. s. 3. (n) Az. 29. p. 98. (o) A. 5. p. 23. (p) L. c.

quamvis veram hujus nominis non investigent, vel investigere nolint rationem Saraceni, *Beidavi* tamen [q] aliquam annotat derivationem his verbis: *Dicitur Masibo a* מסח *quod sit creatus in benedictione; aut quod DEUS purum eum servaverit a Peccatis; aut quod peragrarit orbem, nullo in loco subsistens, aut quod eum unxerit Gabriel (Verbum Dei, l. λόγον θεῦ cognominatum* (r)) sed mysterium per hoc nomen à Johanne (s) significatum occultant, aliam substituentes denominationis rationem, vel quia ad verbum s. mandatum DEI exstitit absque Patre, & juventus ejus miraculis clara fuit, uti *Beidavi* existimat, vel quod utilis fuerit religioni, quemadmodum dicitur, hic est gladius DEI, Leo DEI, quam appellationem se legisse testatur *Hottingerus* (t). *In hac vita Prophetam fuisse* (u) *DEI Nuncium* (x) *miraculis inclytum* (y), *expertem omnium peccatorum* (z); *In alterâ v. vitâ esse mediatorem & Intercessorem.* Unde Beidavi ad finem *Azoara* 51. monet: *Qui legit hanc Suratam, pro eo Isa orat, veniamque peccatorum pro illo petit, quamdiu superest in mundo: die a. resurrectionis socius ejus est, & Muhammed.* Sic *Az.* 5. *p.* 23. dicitur: Jesus *est facies omnium gentium in hoc, seculoque futuro*, vel uti *Hottingerus* (z) vertit; *futurus est spectabilis in mundo & in alterâ vita ex appropinquantium numero*, ubi propinquare קרב ex mente *Golij* (a) activè Conjug. 2. accipiendum, ut idem significet, quod sacrificare & offerre, ita ut hoc loco sacerdotale Christi indigitetur officium. Addimus hîc insigne *Ahmed Ibn-Idris de Iesu Messiâ in V. T. prædicto*, testimonium, (b) *Textus legis*, ait, *confirmat Prophetiam Iesu, super quo pax, quando dicit: Non recedet sceptrum à Iudâ, neque Legislator, à pedibus ejus, usque quo venerit Messias. Id quod evenit; nec n. decrant Reges Iudæis, & Imperium usque ad Messiæ tempus, super quo pax. Tunc enim facti sunt opprobrium vile, & populus captivus, quod quidem tam verum est, ut negare non possint. Atque hoc argumentum evidens est pro Prophetia Isâ, super quo pax. Prædixit enim Moses, p. m. futuros illos tunc temporis vanitati addictos, veritatem autem, quæ pulsura esset vanitatem s. mendacium, allaturum Messiam.* Quæ omnia honorificè satis de Messiâ dicta, nisi horrendarum blasphemiarum admistione essent commaculata, ceu patet. 1. *Ex ipsâ*

q) ap. Hotting. hi. Or. l. 1. c. 3. pag. 105.

r) Az. 11. p. 27. & Az. 5. p. 24.

s) c. 1. v. 1.

t) l. c.

u) Az. 29. p. 98.

x) Az. 14 ab initio.

y) Az. 5. p. 23.

z) Az. 29. pag. 98.

z) l. c. p. 105.

a) vid. Hott. l. c. p. 106.

b) p. 248. ap Hottin. Thesaur. Philolog. l. l. 2, peg. 163.

ipsâ appellatione, cum עיסי Isa vel Isai ipsum appellat Muhammed, quo radicem ישוע hoc magis occultaret, divinæ naturæ indicem, & nomen עשו Esavi magis exprimeret insolentiâ *Iudæis* non ignotâ (c), quam à *Iudæo Abdalla* Alcorani collaboratore imbiberat malitiosissimè. 2. *Putidarum fabularum in recensendis ejus laudibus repetitione*, cum ex argillâ eum formasse aves & vitâ donasse scribit (d), quod *iudaicum* esse *commentum* annotat *B. Lutherus* (e). Cujusmodi etiam est, quod ex luto Japhetum produxerit (f), tùm à primâ statim nativitate locutus, & matrem consolatus sit (g), & quæ sunt hujus farinæ alia 3. *Divinitatis ejus inficiatione*, exemplo non tantum *Iudaico*, verum etiam *Simonis* (h), *Alogianorum* (i), *Ebionis* (k), *Symmachi* (l), *Photini*, (m) *Arij* (n), *Carpocratis* (o), *Samosateni* (p), *Duliani* (q), *Marcelli*, *Lucij* (r) & aliorum. Argumentatur a. partim *ab humanis affectionibus*, quod ederit ac biberit Christus; (s) quasi in ὑποστάσει τῦ λόγυ salva non posset subsistere personaliter assumpta humanitas, nec potiùs ὑποστατικὸν illud εἶναι assumptæ naturæ in λόγῳ carnis essentiam extolleret, quam tolleret, perficeret, quam interimeret, unde *Ludovicus vives l. c. leve* hoc vocat *telum*. *partim ex ipsis Christi verbis, se DEUM apertè negantis* (t), sed apertè mendax (u), de quo fusiùs agunt *Richardus* aliique. 4. *Passionis Christi omnimoda negatione* (v), in quâ ὁμόψηφος est Muhammed *Docitis*, *Cerdonianis* & *Marcionitis* (x), *Basilidianis* (y) & *Saturninis*, *Simonianis*, (z) in hoc tamen ab ipsis diversus, quod illis Simonem aut alium quempiam, aut umbram ejus, loco Jesu in crucem esse actam statuentibus, hic Judam proditorem substituat. Hac vero passionis sublatione, quomodo totum salutis nostræ negotium everterit, Sacramentorum nomina etiam eliminarit cum *Archonticis* (a), *Ascodruptis* (b), & ex parte cum *Messalianis* (c), *Manichæis* & *Anabaptistis* (d) haud indiget prolixâ narratione.

DE SCRIPTURA SACRA hæc habet: Esse eam volumen cujus pars prior l Lex, Mosi in manus cœlitus tradita sit, po-

c) Lexic. Thalmud. Buxtorf. p. 32.
d) Az. 5. p. 23.
e) Tom. 8. jen. Germ. de Schemamphoras p. 110. ex Purcheti libro 19. titulo victoria.
f) vid. Colloquium Muhammedis cum Iudæis, adjunctum Alcorano Bibliandri. p. 198.
g) Az. 29. p. 98.
h) Aug. c. 1.
i) Epiph. hær. 51.
k) id h. 30.
l) Niceph. l. 5. c. 12.
m) Epiph. hær 71.
n) Aug. c. 49.
o) Iren. advers. hær. l. 1. c. 24.

p) Epiph. hær. 65. q) Theodoret lib. 3. hist. c. 4. r) Aug. c. 44. Conf. Dn. D Pappi Epitom. hist. Eccl. & Danæi notas in Aug. ad Quodn. s) Az. 11. t) Az. 11 p. 37. it. Az. 9. conf. Sampsates in Epl. l. c. u) vid. Luc. 22. v. 70. Marc. 14. v. 62. &c. x) Az 11. p 37. y) Epiph. hær. 41. Eus. l. 4. c. 10. z) Epiph. hær. 24. z) vid. Aug. ad Quodv. a) Aug. c. 20. b) ibid. in notis. Danæi p. 58. 6. c) ib. 57. p. 71. d) id. c. 46. p. 134.

ſit, poſterior verò ſ. Evangelium, Chriſto; quod verò utraque traditionibus non ſcriptis careret, tùm à Judæis etiam ac Chriſtianis corrupta inveniretur, hoc propter Alcoranum fuiſſe ſubſtituendum ceu utriuſque complementum, & divinæ voluntatis Doctorem perfectiſſimum. [e] Hanc S. Scripturæ corruptionem, imperfectionem, &c. *in Simonianorum* [f] *Archonticorum* [g] *Cerdonianorum* [h] *Marcionitarum* [i] & *Manichæorum* [k] *Schola* didicit. *Enthuſiaſticas* ſuas ſubſtituens revelationes, cum *Montaniſtis* [l] *Pepuzianis* (m) *Donatiſtis* (n) *Enthuſiaſtis* (n) *Nazaræis* (p) *Anabaptiſtis* (q) aliisque, de quibus vid. *Epiph. Pappus, &c.* Iſtud verò πρῶτον ψεῦδος, & aſylum Muhammedicum, totius diſputationis cardo, ut à Clenardo vocatur (r), *de ſcripturæ corruptione*, minimè hîc prætermittendum, quod eo poſthabito themate, fruſtra ſemper oppugnetur Muhammedanus, qui DEI Providentiâ, voluntatem ſuam hominibus non volentis eſſe incognitam, præſuppoſitâ, ſcripturâ corruptâ, nil præter Alcoranum ſomniat, tanquam normam omnis recti, ac controverſiarum judicem. Cauſas autem hujus ſuæ aſſertionis adducunt, hæreticorum, qui inter Chriſtianos inventi; multitudinem, & nominis Muhammedis è Scripturâ S. deletionem; tùm aliorum dogmatum, ut de paſſione, reſurrectione Chriſti intruſionem. At *prior* cauſa pro nobis potius facit, utpote Chriſtianorum, accuratiorem ejus, quod ab omnibus impetebatur, obſervationem demonſtrans; quam Judæorum adjuvit induſtria, quos vel centies morituros, quam vel apicem in lege ſuâ mutari permitterent, firmat *Philo.* Tum hæreticorum hîc etiam obſervanda diſtinctio, quorum *alÿ* ſcripturæ textum ex parte immutarunt aut omninò ſuſtulerunt, *alÿ* verò & hi plurimi, de ſenſu tantum diſputarunt, literâ non minus obſervatâ, quam ab Orthodoxis fieri poterat. Ab iſtis quo minùs totalis Scripturæ S. corruptio introduci poſſet, Bibliorum hinc inde diſſeminatorum non in originali linguâ tantùm, ſed Syriaca etiam, Arabicâ, Æthyopicâ, Latina & aliis extantium, innumerus prohibebat numerus. *Poſterior* de novorum dogmatum & talium quidem, quæ Chriſtianorum plerumque procurabant martyria, intruſione, uti nudâ nititur

e) vid. Dn. D. Nicolai dn. R D l.1. p. 168. Az. 15. p.48. Az. 9 p. 32. it. 9. p. 32 it. Sampſates l. c. & quæ infra de Alcorano dicta ſunt.
f Dan. in Aug. c. 1. p 6. a.
g) id c. 20. p. 59.
h) id. c 21
i) id. c. 22. p. 64.
k) id c. 64. p. 132. b.
l, id. c. 26. p. 79.
m) id. c. 27. p. 83.
n) id. c. 69.
o) id. c. 94.
p) id. c. 9. p. 376.
q) id. c. 94. p. 258.
r) l. 1. Epiſt. ad Latomũ f. 701.

titur aſſertione, ita ridicula planè eſt. *Stultum enim eſſet credere*, uti Marſilius Ficinus loquitur, (s) *tot tantosque viros teſtimonia Judæorum adulteraſſe ad Ieſum occiſum vivificandum, ſe ipſos verò perdendos.* Fictam a. illam nominis Muhammedis eraſionem *Ludov. Vives.* (t) hoc eludit dilemmate. *Quæro* (inquit) *ante omnia, quinam eraſerunt? priores Mahumete, an poſteriores? Prioribus nulla erat cauſa, neſciebant enim quis aut qualis Mahumetes erat futurus, imò credituri erant, optimum & divinum Prophetam futurum, qui eſſet à Chriſto non ſolum commendatus, ſed juſſus expectari. Poſteriores non fecerunt, nam Mahumetes ipſe de eo conqueritur. Quid quod exſtant Evangelia ſcripta ante Mahumetis ætatem, nec ulla eſt in eis mentio Mahumetis, nec ulla eò loci eraſio. Tot ſcriptores Chriſtiani præceſſerunt Mahumetem, tàm diverſi opinionibus, ſectis, affectibus, quis unquam illorum meminit Machumetis? Quod ſi Mahumetem Ieſus Chriſtus juſſiſſet exſpectari, tantùm nobis fuiſſet nefas illum priuſquam veniret non expectare, & poſtquam veniſſet, non recipere, quam Chriſtum ipſum abnegare.* Quod ipſum etiam repetunt, *Dn. D. Dannhavverus in Vale Triumphali*, (u) *Hugo Grotius de Veritate Religionis*, (v) *Savanorola in Commentatiunculâ quadam contra Mahometem, Richardus Frater Prædicatorum in Confuſione Alcorani*, (x) *Marſilius Ficinus* (y) *& alij.*

s) de Chriſtian. relig. c. 36.
t) de Ver. Fidei lib. 4. p. 461.
u) pag. 259.
v) l. 6. p. m. 807.
x) cap. 3.
y) l. c. c. 36.

De BONIS OPERIBUS dùm agit, optimè quidem jejunia, eleemoſynas, precum frequentiam, frugalitatem, obedientiam erga ſeniores, & hujuſmodi alia ſuis inculcat ſedulus, nec immorigeros his ſuis præceptis expertus poſteros, velut infra edocetur, impiè autem iſtis Paradiſi aſcribit meritum (z) cum *Novatianus ſ. Catharis*, (a) *Hierarchitis* (b) *Maletianis*, (c) *Donatiſtis* (d) *Pelagianis* (e) & hujus farinæ aliis, addens ipſis alia electitia, æquè meritoria, ut Afflictiones corporis cum Gentilibus (f); à vino abſtinentiam, cum *Severianis* (g) *Encratitis* (h) *& Manichæis*; (i) Peregrinationes cum *Ethnicis* (k), & quæ huc pertinent, certus precum numerus. Eleemoſynarum ad defuncti ſepulchrum, ergà canes, formicas

z) Az. 7. p. 29. Az. 67. p. 167 Az. 62 p. 162. Az. 109. p. 19.
a) Dan. in Aug c 38. p. 106 a.
b) l. l. c. 47.
c) id c. 48 p. 137. n. d) id c. 69. p. 193. b. e) id cap 88. f) vid. Senec. lib. 3. Ep. 28. Cœlius Antiqu. lect. lib 17. c. 1. & 2. Confer. Dn. D Hoe in Apocal. c. xi. lib. 3. p. 479. g) Dan. c. 24. p. 69. h) Id. c. 25. p. 75. i) id. c. 46. p. 132. k) Plin. l. 22. c. 1. Halicarn. l. 7.

cas aliaque bruta, largitas, certum ac statum mensis Ramadam jejunium, &c. quæ omnia circa sanctitatem Turcicam infra prolixiùs tractantur, hîc non aliter ac *Iudaica*, *Gentilia* & *hæretica* consideranda.

De VITA ÆTERNA, ac *Inferno*, eadem cum *Cerinthianis* l. *Nepotianis*, (l) *atque Æternalibus* (m) proponit, nil nisi corporalia præmia vel pœnas hîc somnians, maximam partem stulta & ridicula, (n) ex humanâ ratione facile etiam confutanda, exemplo *Richardi fratris ord. Prædicatorum in Confutatione legis Muhammedicæ*. (o) Reliqua ipsius dogmata, de πολυγαμίᾳ cum 12. uxores ducere licitum Muhammedano, teste *Septemcastrense* (p), *divortijs*, quæ ex improbis moribus & infœcunditate solent contingere (q), *Angelorum ex igne creatione* (r), *de Angelo mortis* (s), *cibis vetitis*, ceu sunt morticinia, porcus, sanguis, animal in creatoris nomine non peremptum, &c. (t) *Cœli & Inferni septem gradibus & distinctis receptaculis*, (u) & hujus generis alia deliramenta, fabulæ seu nugæ, de *Salomonis magiâ* (v), *Abrahæ & Tharæ de Idolorum cultu disceptatione* (x), *Mosis cum Pharaone fabulosis actis*, (y) quibus mirè scatet Alcoranus, *Iudaicas* superstitiones ac fabulas omninò resipiunt, uti vel ex solâ *Synagoga Iudaicâ Ioh. Buxtorfii* quivis facile intelliget.

Circumcisionem non tam à gente Judæorum mutuatus est, quàm à suis *Ismaëlitis* hucusque receptam, cuivis ut gratificaretur, sectæ, retinuit (z), quibus usitatum olim *cultum Veneris* vel *Rubar*, in lapide prachtan, qui Meccæ est, etiam indulsisse, à pluribus annotatum reperitur, (a) Hactenus de Judaico-Gentili-Hæretico Muhammedismo.

II. Ob plurimarum inter ipsos Muhammedanos vigentium sectarum spurcitiem huc congestam (Via hæc est Lutosa.) &c.

Harum *Aliæ* Alcorani tantùm concernunt textum, ejusque diversam interpretationem; *Aliæ* verò ipsum fidei fundamentum, in locis de Attributo & unitate DEI; de prædestinatione & decreto s. providentiâ; tum etiam de Prophetiâ & Antistitis munere. *Prioris* quæ sunt generis, schismatum potiùs, quam hæresium venire possent nomine, nomi-

l) vid. Aug. c. 8.
m) Aug. c. 67.
n) AZ. 1. p. 9. AZ. 14. p. 83. vid. infra. Terminum viæ.
o) cap. 8.
p) c. xi. conf. AZ. 8 p. 30.
q) Barth. Georgvv. de Turc. rit. c. 1. conf. AZ. 43. p. 153.
r) AZ. 8. p. 30.
r) AZ. 25. p. 85.
(s) vid. Colloq. Mahom. cũ Iudæis.
t) AZ. 12. p. 38.
u) vid. Colloq. Mah. cum Iud.
v) AZ. 1. p. 12 AZ. 31. p. 106
x) AZ. 15. p. 47.
y) Az. 21. p. 75
z, Hotting. hr. Eccl. T. 1. sect. 2. c. VII p. n. 402
a) vid. Hott. hr. Orient. lib. 1 c. 7. p. 145. seqq.

 nant-

nantque Autores suos : *Abu Hanipha*, unde Hanifæi, *Malecus Ibn-Ames*, unde Melcitæ ; *Muhammed Ibn-Edris*, *Aschafiensis*, unde Scafæi, & *Ahmed ben Henbel*, unde Henbelitæ ; cum quibus sectis ita comparatum est, ut ab unâ ad alteram facilis sit transitus ; non nullis etiam Principum, utriusque sectæ studia institutis Collegiis, promoventibus. (b) Hanifæ Interpretationes sequuntur hodie *Turcæ* ; *Scafei*, *Tatari Usbequiani* ; Hembili & Maleci verò ; *Indiani* ; referente *Cl. Adamo Oleario in Itinerario*. (c) Huc referri queunt *Assassini*, ab aliis *Esseni* vel *Arsacidæ* vocati, qui Aloadinum in Persiâ Regulum, quod Paradisi gaudiis, per ipsum se fieri posse compotes, existimarent, singulari astu ab ipso dementati, magno sequebantur numero, (d) it *Kesabæi*, qui Muhammedem quendam, Hanifæ filium in monte Radvva vivere & certò aliqn. appariturum, terramque repleturum justitiâ, haud aliter, atque impietate repleta est, credebant (e), tum alii, de quibus *Funccius*, (f) *Magdeburgenses*, (g) & *Osiander* (h), quod suis divenditis bonis, nudi se præcipitarint de muro, credentes se hâc ratione in cœlum evolaturos, quorum seductores vi compescere coactus fuerit Habdallas Saracenorum Amiras, Seculo 800. quos ipsos ob amplexum aliàs Muhammedismum huc annumeramus. *Posterioris* generis, quæ inter antiquos floruere Saracenos, *septuaginta tres* extitisse, ex ipsâ Saracenorum confessione refert *Cl. Hottingerus in Analectis*. [i] *Scaliger in Exercitationibus de subtilitate* [k] septuaginta duas hodieque exstare asserit, *easque omnes ridiculas. Manare verò è fontibus duobus; quorum altero ebrij sunt Persæ ; alter derivatur in Africanos, Syros, Arabes, Turcas.* Addit *Spanduginus* [l] istarum sectarum, *unicam solùm in Paradisum ducem esse*, *reliquas v. ad inferos : Nec determinatum tamen, quænam illa sit.* Verum, quod pace tantorum virorum dixerim, nec Turcica vis, quæ ferro dirimere solet controversias, nec hodierna Itineraria de tanto hæresium numero, quicquam norunt ; Ante ortum tamen Osmanidarum Imperium, ubi major adhuc Arabum libertas, liberius etiam vagatas, atque ad istum superius memoratum numerum crevisse hæreses, magis verisimile est. Celebriores fuere *Motazalitæ*, s. ἀφωριςμένοι, qui attributa DEI ab

ipso

b) vid. Hotting. Anal. Dissertat. 6. p. 289. ex Gregorio Abulfaraiio Malat. de orig. Arabum & Histor. Oriental. lib. 2. c. 6. p. 340. seq ex Elmacino & Kessæo, hæc prolixius proponens It. Richard. in Conf. Alc. c. 13. p. 167.

c) l. 5. c. 39. p. 679.

d) Cæl. Aug. Curio hist. Sar. l. 3. p. 62.

e) Elmac. hist. Sar. p. 65 ap. Hott. hr. Or. l. c. p. 373.

f) Chronol. p. 129.

g) Cent. 7. c. 16. p. 918.

h) Cent. 8. c. 4. p. 89.

i) Diss. 6 p. 288.

k) Exerc. 258 s. 2. p. m. 795

l) ap. Crus. in Ann. ad lib. 1. Turcogr.

ipſo DEO nil differre exiſtimabant; homini in bonis æquè ac malis liberum arbitrium concedebant; hominibus nonnunquam immitti calamitates, non ob peccata, quæ non præceſſerint, ſed quo multiplicetur eorum remuneratio dicebant; de animalibus brutis idem obſervantes, quæ innoxiè diſcerpta retributionem in ſeculo futuro expectent; pro facinoroſis hominibus intercedendum negabant. Medium denique inter Paradiſum & Infernum ſtatuebant locum, domicilium ſc. pacis, quod minorennes mortuos recipiat, quòd ob ætatem infirmiorem plenam Deo præſtare non potuiſſent obedientiam. [m]. Horum propago fuere *Ghabetai*, doctrinâ à prioribus non admodùm diſtincti. [n] Quibus ſe oppoſuere *Aſcharita*, *qui nihil in mundo, nec particulare, nec univerſale eſſe per accidens, ſed omnia ex certâ voluntate, intentione & gubernatione docuerunt*, teſte *R. Moſe Ben Maimon*. [o]. Utraque pars uſa principiis Philoſophicis, ex Græcorum & Syrorum libris deſumptis, [p] Fuere enim מדברים de ſecta Loquentium (Theologorum, Scholaſticorum, Patriarchæ) qui teſte Maimonide l. c. *non attenderunt rei exiſtentis rationem manifeſtam, neque principia ejus, ſed id tantùm ſpectarunt, quomodo res eſſe deberet initio comparata, ut huic confirmandæ ſententiæ inſerviret, aut eam deſtrueret*, de quibus plura vide ap. *Hottingerum in hiſt. Orient.* [q] Motazalitis etiam contrarii fuere *Zephatij*, quaſi *Attributarii*, qui Deo attributa ita craſsè vendicabant, ut Anthropomorphitæ penè evaderent. [r]. Ex quibus nati *Almoſchappebi Aſſimilatores*, quod Deum rebus creatis aſſimilarent, & *Ceramiani*, ad ipſam corporeitatis in Deo aſſertionem prolabentes. (s) Præterea recenſentur *Kadrai*, Mutazalitarum ſurculi, qui Dei ſublata prædeſtinatione, ejusque circa actiones humanas providentiâ, homini in omnibus liberum concedebant arbitrium. (t) *Gabræi* ex aſſe Kadræis contrarii, omnia tàm bona, quàm mala Dei prædeſtinationi aſcribentes, omni hominis ſublato arbitrio (u). *Morgij*, qui peccatum nec abſolvere, nec condemnare voluerunt, aut ullum de eo in hoc ſeculo ferre judicium; nec fidem impietate exſtingui, exiſtimantes, quibus è diametro oppoſiti *Alvraidijtæ*, pro fidei deſertore habendum, qui ſceleris gra-

m) vid. Hotting. Anal. l. c. p 285. & hr. Or. l. c. p. 349. ſeq.

n) Hott. hr. Or l. c. p. 353

o) P. 3. c. 17.

p) Id. P. 1. c. 71.

q) l 2. c. 6. p. 346. ſeq.

r) Hott. in Anal. l. c. p 286.

s) Hott. l. c.

t) Hott. hr. Or. l. c. p. 343.

u) l. c. p. 354.

violoris reus est, ipsumque perpetuò in gehennâ mansurum, licet veram amplectatur fidem, docentes. (v) *Darazai* Hakemum Califam, Deum, mundi creatorem esse, & divino cultu prosequendum statuebant (x): *Hamzai*, quibus liciti incestus, hi jejunia, orationes, peregrinationes, intermittenda suadebant. (y) *Karmatai*, à Karmato vitæ asperitatem comendante, ac quinquaginta orationes singulis diebus fundente, orti: (z) *Zindekai*, providentiam Dei & mortuorum resurrectionem negantes, verè Sadducæi, aut Epicuræi. (a) *Horrimai* in Arabiâ Babecum Principem suum ceu Deum venerantes, à quo licentiam trucidandi, rapiendi, bello lacessendi, se impetrasse jactitabant, uti ex Muhamede ben Isam refert *Hottingerus in hr. Eccles.* (b) *Habibai*, ab Habibo Æthiopum præfecto, & Astrologo, homine noxiæ religionis, ut eum describit *Elmacinus hr. Sar p.* 163. (c) sic denominati. *Alschy* s. *Alisequi* Califatum sibi debere contendentes, neque hoc jus sine injuria transferri posse, (d) quibus infra *Chavvarighy*, *defectores, rebelles* Alisequorum adversarii, Ali Prophetæ infidelitatem impingentes, & Califatum etiam in servos derivari posse, modò justus esset, asserentes (e). Huc pertinent, de creatione Alcorani controversiæ, de quibus sæpè citatus *Hotting.* in *Orientali* passim agit (f).

w) Hott. in Anal. l. c. p. 286 & 287.
x) Hott. hr. Or. l. c. p. 355.
y) Ibid. l. c. p. 356.
z) Ib. p. 359.
a) Id. l. 1. c. 8. p. 169. & l. 2. c. 6. p. 359.
b) T. 1. c. IX. sect 2. p. 631.
c) ap. Hott. l. c. p. 732.
d) Hott. in Anal. l. c. p. 187.
e) Ib. p. 288.
f) l 2. c. 8. p. hr. 36. & 2. p. 252.

Quæ verò *sub Othomanico Imperio* vigeant hæreses, omnium optimè recenset quidam *Septemcastrensis* (qui per triginta & duos annos ab A. C. 1426. ad A. 1458. Turcicam expertus captivitatem) *in Tractatu de moribus, conditionibus & nequitiâ Turcorum*, (g) ubi quatuor diversissima salutis media proponi asserit, *Quibusdam* Alcoranum; *aliis* solam Dei gratiam, *aliis* opera & merita sine gratiâ & lege, *aliis* denique quamvis legem, salutis procurandæ fundamentum esse, clamantibus. *Primæ* opinionis defensores esse Sacerdotes, *qui quasi Electores populi sunt, & executores & dispensatores legis, Doctores & judices & præsidentes in beneficiis spiritualibus & Ecclesiis & Gymnasiis*, velut eos describit *autor citatus* (h). Hos sequuntur Magnates & principes. *Secundæ* Dervisleros, qui Monachi sunt Turcici, magna apud suos autoritate, *quod sanctorum superstites sint & successores, & quasi totius regni conser-*

g) Exstat Tom. 3. Operum Saracenicorū Theodori Bibliandri
h) cap. 20. p. 45.

conservatores, & amici DEI & Mahometi. Ib. Hos miraculis, non autoritate vel rationibus pugnare, & devotiores quosvis habere sibi asseclas. *Tertia* Czofilarios [Sophilarii vocantur *Leunclavio* (i)) qui Scheiches Bedredinis in seditionibus contra Mechemetem movendis ministri(k), dein magni illius schismatis per Techellem in Persiâ autores primarii (l); Kiselesbassæ, h. e. rubra capita, ob rubrum capitis tegumentum dicti (m): Sophilarii v. à Sophi i.e. lanâ, quod capitis tegmen humilitatis modestiæque declarandæ causâ, de lanâ confici curarent, abhorrentes à lineis spiris, quibus fastu quodam caput involvebant reliqui Musulmanni. (n)] De his autor citatus hæc refert: *Multum sunt solliciti ad orationes particulares, & exercitia spiritualia in vigiliis & meditationibus, nunquam enim cessant ab oratione continuâ, quam ipsi Czillaraitmach vocant. De nocte enim conveniunt, & circulariter sedentes incipiunt dicere layla illalach, repetendo cum commotione capitum, per aliquod spatium temporis. Et post hæc dicunt Lahu, iterum eodem modo repetendo, dein ultimo dicunt Huhu, iterum, quod quasi exanimes, effecti cadunt & obdormiunt. Et isti etiam suæ opinionis multos habent fautores, maximè de his qui de antiquitate, vel nobilitate generis gloriantur, qui Effieler Embieler dicuntur. Hi igitur authentici habentur, quia genus eorum alterius nationis commixtionem non accepit, nec ab origine primorum fundatorum illius sectæ recessit. Dicunt se majoris esse autoritatis, quam cæteros, qui Prophetarum & Patrum sunt successores. Religionis suæ fundamentum aliud non habent, quàm antiquitatem. Quartæ* sectæ asseclas paucissimos esse, refert, quod in Turciâ non tolerentur, dicti Horife, h.e. hæretici. *Hujus generationis*, inquit Autor, l.c. *unum reperi, dum essem in Chio, qui intrabat Ecclesiam Christianorum, & signabat se signo crucis, & aspergebat se aquâ benedictâ, & dicebat manifestè: Vestra lex est ita bona, sicut nostra, quod nullus alterius opinionis Turcus pro vitâ sua faceret.* In genere *trium priorum* sectarum conditionem his verbis exprimit: *omni populo manifesti sunt, & plures inter se, tam in privato, quàm in publico dissensiones gerunt, nihilominus eo, quod æqualiter æstimatæ sint ab omni populo*, nulla potest *prævalere alteri, sed continuò ad pacem & concordiam reducuntur.*

i) Pandect. n. 81.
k) Id. Annit. Turc. p. m. 23.
l) Ib. p. 56.
m) Leuncl. Pand. n. 179.
n) l.c. n. 81.

Hodie

Hodie quæ in Muhammedismo maximè vigent hæreses, *Imamia* sunt & *Islamismus*; istam (imamiam h.e. doctrinam) ab Ali quem peculiari Imami s. Doctoris, cui debeatur obedientia, titulo honorant, sic dictam (o) Persæ, & qui eorum sub sunt Imperio; hanc, Turcarum universum profitetur Imperium, tam infensis utrinque animis, ut, referente Rustano apud *Busbequium*, gratiùs Deo sit 70. Persas, quam unicum occidere Christianum, imò Persica circumcisio Turcis profana est, ut Persam ad Turcismum labentem necesse sit de novo circumcidi, veluti referunt *Swveigerus* (p) & *Wallichius* (q). Et hic plerumque bellorum Turco-Persicarum prætextus esse solet, & *dignißimos*, inquit *Leuenclavius* (r), *ideo Persas esse judicabat Solimannus, quibus bellum inferretur, qui occiderentur, adeoque penitùs exstirparentur.* Differentia autem utriusque sectæ hæc est, quod agnoscentibus Turcis, præter Ali, tres adhuc Prophetas & Alcorani interpretes, Ebubekir nempe, Omer & Osman, Persæ rejectis hisce, ceu perduellibus & hæreticis, tùm scriptis eorum flammæ adjudicatis, suum tantum agnoscant Ali, vel ipsi Mahummedi præferendum, nisi Gabriel Angelus, Alcorani divulgandi gratiâ, ad Alin à Deo missus, errore deceptus Muhammedi eum tradidisset. Nihilòminus tamen eum Muhammedi semper fuisse charissimum, & à moriente, veluti cæteris digniorem & rebus gerendis magis idoneum, propinquiorem etiam testamento, non hæredem tantùm sed & Calipham & Regni Successorem declaratum. Verùm præter jus, honores istos ac titulos invadentibus Ebubekir primum, dein Omer & Osman, Alin, iis mortuis, in debita sibi Caliphæ dignitate demum successisse, Prophetam, non Alcorani tantùm interpretatione, quam ab antecessorum explicatione diversam reliquit, sed miraculis etiam inclytum, ut qui acinace suo (Dsulfacar l. Sulficar ab iis nominato) Angelico munere, ipsum interemerit Diabolum, & alium septicipitem Draconem, referente *Dn. Adamo Oleario in Itinerario Persico* (s), De hoc Sulficare ex Turcicis monumentis refert *Ioh. Leunclavius in historiâ Musulmannâ* (t), eum, quoties vagina educeretur, ita se divisisse, ut geminus efficeretur, cubitus 18. longus, & Alin eo contra Gauros (sic Christianos appellant) utentem, ab utroque latere, non aliter ac segetum mes-

o) Leuncl. hist. Musul. l.1.p.34.

p) l. 2. c. xi. p.72. Itiner.

q) de Relig. Turc. p.28.

r) Annal. Turc. ad A. 1534.

s) l.5 c.39. p.679.

t) l.p.35.

messores prosternere solitum, ac montes etiam s. scopulos eo dissecuisse. Hunc Alin ceu Deastrum suum venerantur, usque adeò ut inter eos proverbium natum sit: *Ali pro Deo non agnosco, nec tamen procul eum à Deo esse scito.* it. *Qui non est instar pulveris ante fores Ali, licet vel Angelus fuerit, pulvis ejus operit caput.* (u) Solennitates etiam annuas in ejus honorem celebrant, quarum unam in execrationem occisoris Prophetæ sui non absque magno tumultu per integrum octiduum, noctu atque die peragunt, quam describit citatus *Cl. Hotting. in histor. Orient.* (v) Præterea confessionem illam solitam, *La illah illalahu, Mahumeda resul allah.* *Non est Deus præter Deum & Mahummed Propheta Dei,* his verbis augent: *Aaly Welli allah* h.e. *Ali præfectus & adjutor* Dei. (x) Reliquarum in ceremoniis, lotionibus & orationibus, quod Persæ semel tantum in die, cum Turcæ quinquies orant, tum diversa instituta religiosorum, qui Persis sunt *Seidi* Muhammedis posteri, Monachi mendicantes; copiosè descripsit modò laudatus *Olearius l. c.* (y) ubi diversitas Sanctorum & Imamorum, qui Persis numero 12. sunt, Ali sc. Chusein, Hossein, Seinel Abedin, Mahumed Bagur, Tsafersaduk, Musai Kasum, Risa, Mahumed Taggi, Alinaggi Hosseni, Askeri & Mehedi, quibus respectu sanctitatis ãnumeratur Sofi; Turcis alios contra numerantibus Prophetas, Ebubekir, Omer & Osman; & Hanife Interpretationem potissimum sequentibus, simul indicatur (z). Et ista quidem in Muhammedismo discordia, non nuper surrexit, sed cum ipsis Muhammedismi incunabulis propagata (a), ac in posteris Ali (qui propterea Secta successionis descendentis, quod continuâ successione ab ipso Muhammede, cuius filiam Phatimam in uxorem habuit Ali, se descendere jactarent; tum Alisequi vel Alschii nominati) conservata, variâ quidem fortunâ, sed plerumq; tenui atque suppressâ; (b) donec A. C. 1363. referente *Oleario* (c) Schich Sofi quidam, externâ sanctitate, magno judicii acumine, vitæque asperitate laudatus, sorte Baro ac Dominus oppidi Ardebil, si *Botero* credimus (d), Califatus successionem Ali deberi posteris, & Hanifeam Alcorani Interpretationem rejiciendam, magno multorum applausu simul & concursu, concionatus est, etiam miraculis fidem suis verbis faciens majorem. Huic nomen Zophi, quod *Genebrardus* ridiculè

u) Hotting. Thesaur. Philol. l. 1. c. 1. sect. 9. p. m. 63.

v) l. 2. c. 6. p. 369.

x) Olear. l. c. p. 677.

y) p. 680. 682. 683. & c. 41. p. 686.

z) c. 39. p. 678.

a) Leuncl. in Pand. n. 188.

b) Hott. hi. Or. l. 2. c. 6. p. 366. seq.

c) l. c. p. 676. seqq.

d) ap. Hott. hist. Eccl. sec. 15 pag. 794.

F   à שופט

à שׁוּבט, *alij* à σόφος, *alij* ab allegorico & myſtico interpretandí modo; cum צרוב ſignificet lanâ tegere, à quo תצריב Theologia myſtica (e), *alij* à lanâ, ex quâ veſtes ejus confectæ, deducunt, proprium hoc ipſi fuiſſe evincit ſæpè citatus Olearius l. c. Ejus partes fovere poſtea Sedredin & Szinid (à quibusdam Gulnet vel Guned dictus) & Aidar, ex quorum poſteris Reges facti, circa A. 1498. quo Iſmaël Uſumchaſſanis Regis Perſiæ ex filiâ nepos, occiſo Iacupe avunculo ſuo ejusq; filio Alvante, Perſiam occupavit, regis titulum ſumpſit, ad poſteros etiam dignitate regiâ ad hunc uſque diem propagatâ. Sic *Schichi* in *Schachos* (h. e. Reges) Sofinos (à Sofi ſectæ ſuæ maximo inſtauratore, vel quod tulipanto pileo laneo utuntur, dicti) evaſere (f).

e) L. Empereu in notis in Iachiad. I a-niel. p. 25.

f) Confer præter citatos autores Spondanũ A. 1499. n. 7. Leuncl. Annales p. 75. A. 1576. & Pand. n. 188. Cæl. Curio hr. Sar. l. 3. p. 71. 72. Sal. Svveiger. Itiner. l. 7. c. 11. & alij.

(C) Labyrinthæa, utpote nothas illas, fallaces & incertas, Bellarmino Papiſticas Eccleſiæ notas, ipſis tamen Pontificiis perfectiùs, repræſentans, quibus hodie Turcæ tantopere dementati inveniuntur, ut, quo periculosâ viâ evadant, vix pateat exitus, nondum verò ingreſſos externâ ſuâ & jucundâ ſpecie alliciat, rariſſimè in viam regiam remittendos. Facilè hîc eſſet iſtas Pontificias à Bellarmino *(g)* propoſitas Eccleſiæ notas Turciſmi non accuſare tantùm, ſed & reas Aletheæ vindici & judici condemnandas ſiſtere, niſi argumentum hoc ante novennium ſolidiſſimè pertractatum *à Cl. Hottingero* [h] inveniſſem, qui notas Bellarminianas ὄντως rectius competere Muhammediſmo, quàm Papiſmo, probatiſſimis & rationibus & teſtimoniis demonſtravit. A noſtro etiam inſtituto, cum id aliquo modo alienum ſit, Labyrinthum hîc ſaltem explicabimus Turcicum, applicatione ad Papiſmum, cui collubitum fuerit, relictâ, Amplitudinem, multitudinem interruptam, & Califarum ſeriem ſupra jam attigimus ab ipſis jactatam, hîc memoranda.

g) lib. 4. de Eccl. à c. 4. ad c. 18.

h) hiſt. Or. l. 2. c. 5.

1. Antiquitas, tum ex fabulosâ Alcorani ἀκηοίᾳ, Muhammedis ab initio mundi prædicatióne, imò Patriarcharum, Abrahami, Iſaaci & Jacobi fidei ſocietate, tùm ex longâ illâ ab A. 622. ad hoc uſque tempus continuâ duratione, deducta. Sed *priori* antiquitatis probatione ceu mendaciſſima, nec ullum indicium firmum reſipiente, rejectâ, *alteram* conſtat argumento mere *Samaritano* [i], *Achabico*, imò purè *Ethnico*, ubi nihil aliud quàm κατὰ τὰ πάτρια cum Platone [k] inclamabatur, Patrio

i) Ioh. 4. v. 20.

k) Epiſt. 7.

more

more) Deus colatur, Romanum & gentile erat edictum [l]. Dii colantur πατρώων διεγγυᾷ καὶ νόμῳ πόλεων, (m) Brachmanum in Indiâ refugio (n), quod ipse Muhammed elidit Az. 13. & 41. cæci ac surdi hominis, imò brutorum esse, Majorum vestigiis, veritate relictâ, insistere asserens.

2. Miraculorum gloriâ. Sic Muhammede primùm nato, cubam palatii Persici corruisse, & à terrâ fuisse absorptam, ignem item perpetuum & sacrum extinctum, flumen Sava siccatum exaurisse, mille etiam & unam Templorum Christianorum cubas sponte suâ collapsas fuisse, ex diversis scriptoribus Saracenicis refert *Leunclavius* (o); ipsam deinde lunam à Muhammede scissam *Az. 63.* nec minus Alcorani traditionem & Muhammedis eloquentiam miraculosam fuisse, cum nec legendi nec scribendi peritus esset, blaterant plurimi (p). Præterea Sanctorum Muhammedanorum miraculosi exstant actus, aliis, post mortem, ubi invocati fuerint, etiam miraculosè opitulantibus, aut aliâ ratione sua miracula demonstrantibus. Notus est *Alis Dsulsicar*, de quo supra: notus *Sedichâsi*, de quo *Septemcastrensis* (q). *Illa est*, inquit, *inter eos communis opinio, nunquam aliquem fuisse frandatum desiderio suo, de his, qui implorant auxilium eius, in quacunque necessitate, maximè autem in bellorum factis & negociis præliorum.* Miranda præstat (r) *Hatsibipettesch* peregrinantibus, *Ascik passa* in matrimonio viventibus, *Alivan passa* discordantibus, *Scheychpassa* conturbatis, *Gbil mirtschum & Bartschum passa*, pascentibus. Viatoribus in omni necessitate miraculosè præstat opem *Chidirilles*, in totâ Turciâ celeberrimus, quem *Busbequius* (s) *S. Georgium* Papistarum esse putat, quòd & Turcæ suo Ghederle, expositæ virginis à vasto & horrendo Dracone liberationem tribuant. De *sepulchro Aidogdis* (qui tempore Othomanni periit & in numerum Sanctorum relatus) refert *Leunclavius* (t): *Sepulchrum vim habet eam, ut si quis equus in illâ regione ventris dolore quodam laboret, & circum hanc sepulturam ter ducatur; mox eo morbo liberari, superstitiosorum hominum opinione existimetur. Prætcrea solet Turcorum vulgus, quod illac transit, humum illius sepulchri secum portare, febrium curandarum causâ. Nam si qui febri laborant, pauxillum ejus terræ sumunt & aquæ miscent, quâ epotâ febricitantes*

l) Liv. Dec. 1. l. 4. Dec. 3. lib. 5.

m) vid. Dn. D. Dannh. Aleth. Vind p. 50.

n) Ludovic. Frois ap. D. D. Danh. Phant. 2. p. 508. Hodomor. Pap.

o) hr. Musulm. l. 1. p. 32. 33.

p) ap. Hott. hr. Or. l. c. p. 299.

q) c. 15. p. 23.

r) Prolixiùs hæc describit Septemcastr. l. c.

s) Epist. 1. p. 93. de legatione Turcicâ. conf. Höniger. l. 2. c. 14. p. 146.

t) lib. 3. hist Musul. p. 557.

tantes curari creduntur. Magno etiam in honore ac veneratione fuisse *Zubi-Ensaris* Saracenorum Ducis *sepulchrum*, ob insitatæ lucis radios ibidem conspectos, & aquæ fontis eodem in loco exorti efficaciam, quod panacea quædam, curandis omnis generis morbis fuerit; narrat *idem* (u): ex quo addere placet *Eremitæ* cujusdam *Isici* nomine, historiam; qui gladio accinctus ligneo, mortem minatus Christianis, religionem Turcicam nisi amplecterentur; derisus autem ab illis, tum, ut gladio suo feriret provocatus, Dervisius hic prolato suâ linguâ DEI nomine, mox illum temulentum gladio suo ferit, eumque duas in partes ita dissecat, ut subitò expiraret. Hoc moti miraculo Christiani Musulmannicam religionem statim professi (v). Prodigiosam nonnullorum vitam describit (x) his verbis: *Inveniuntur aliqui tantæ perfectionis, ut quasi impassibiles sint, ut nihil exterioris impressionis sentire valeant. Nam in maximis frigoribus hyemis ipsi nudato toto corpore incedunt, & non sentiunt. Et hoc similiter in caloribus æstatis. Isti suæ probationis rationes & patientiæ veritatem ostendunt in variis stigmatibus combustionum, & cicatricibus incisionum corporum suorum. Nam si quis probare voluerit, facit sibi apponi ignem vel incidere carnem cum gladio: quæ omnia tantum sentiunt, ac si lapidi ignem apponeres, vel lignum gladio incideres. Aliqui sine omni potu & cibo corporali vivunt.* *Busbequius* (y), se Monachum ori candens ferrum inserentem, illudque omnem in partem tutò aliquandiu versantem, non sine salivæ stridore, vidisse testatur, quem referentem etiam audierit, suum Cœnobiarcham vitæ sanctimoniâ & miraculis clarum consuevisse in lacum, qui esset cœnobio propinquus, extendere pallium, in eoque sedentem, quâ visum esset, suaviter circumvectari. Eundem excoriato exenteratoque verveci nudum alligari solitum, & in ferventem conjectum manere, donec percocto vervece, ut jucundè edi posset, illæsus ipse promi se juberet. Idem ferè de Monachorum Priore, ardentem ingresso furnum & igne exstincto illæsum redeunte, refert *Septemcastrensis* (z) ubi abdita alienæ mentis ab alio, suo adhuc tempore superstite, etiam prodita memorat (a).

u) lib. 1. hr. Mus. p. 41. 42. & 47.

v) l. 3. hist. Mus. p. 148.

x) l. c. c. 14. p. 30.

y) Epist. 4. p. 249.

z) c. 15. p. 34.

a) l. 1. c. 35.

Perti-

Pertinent huc prodigiosa *Neffes ogliorum* generatio, quam describit *Georgevviz.*: [b] fœminas quasdam ab omni virorum conturbernio vivere remotas, quæ longis orationibus intentæ corpus continuò agitent, & vociferationibus mirè affligant, ut sæpiùs viribus & animo defectæ in terram pronæ concidant; & si aliqua ab eo tempore gravidam se senserit, *Spiritus S. gratiâ impregnatam se affirmet.* Nati postea Nefes ogli Animæ, vel Spiritus S. Filii appellantur. Et *Septemcastrensis* [c] refert, quod veluti prodigiosè sine virili semine nascantur, sic tota eorum vita & actio supernaturalis sit & mirabilis. Imò capilli eorum, vel de vestimentis eorum aliquid receptum, omnem infirmitatem depellere dicatur. En labyrinthum Morosophis quidem sat speciosum; prudentioribus verò abominandum vel deridendum! quod 1. justo hæc prodigia non contigerint tempore, fundando novo cœtui; quam fundato convenientiora. At nulla Muhammed ostentavit miracula, eorum gloriæ nuspiam non gladii opponens autoritatem, unde ista lunæ scissio ab ipsis deridetur Muhammedanis [d], vel de extremi judicii temporibus intelligenda venit. [e] Reliqua, quæ in ipsius nativitate contigisse scribuntur miracula, quis fabulis non accenseat, omni historicâ autoritate destituta? 2. quod nec miraculorum nomine venire queant, cum hæc solius divinæ potentiæ sint indicia, quæ si ab Angelis aut quacunque aliâ creaturâ propriâ virtute produci possint, vel mirandæ naturæ efficaciæ, vel præstigiis sunt ascribenda; quamvis in modo recensitis, præstigias magis diabolicas, quam aliud quippiam oculatus reperiat observator; ut taceam, evidentiæ moralis absentiam de fabulis magis quam de miraculis testari, quo refertur illa de *Zubiensaris* sepulchro fabula, à *Leunclavio, loco supra citato.* 3. Quod doctrinæ veritas istis mirabilibus non magis probetur, quam Gentilium, utpote Vespasiani, Adriani, Apollonii Thyanæi, Abuleii, tùm hæreticorum aliorum miraculis inclytorum, [f] deliria; veluti *Excellentiss. Dn. D. Danhävveri Meletema de miraculis*, tùm *Alcibbea vindex* copiosè demonstrant.

3. Sanctitas externa, quam licebit observasse, *primùm* in certis personis & Islamismi propagatoribus, veluti sunt partim eorum *Schlichbes*, s. sancti, secretiorum doctrinarum Magistri ac-

b) c. 1.

c) c. 15. p. 35.

d) Aegid. Hunnius Tom. 3. Operum disp. 54. thes. 51.

e) Hotting. hi. Or. l. 2. c. 5. p. 302.

f) Dn. D. Gerhard. Conf. Cath. Tom. 2. l. 2. art 5. c. 4. p. 1237. & seq. Cõf. Dn. D. Hoë in Apocal. c. 17. pag. 115. lib. 6. & D. Nieman. de miraculis disput.

ac Professores[g], inter quos eminent *Edebales* [h], *Bedredin*, (i), *Machmut & Akis Chusein* (k), *Remezan* (l), *Vevazade* (m), *Farhedin*, *Aphendes* (n). & alii vitæ ac doctrinæ sanctitate apud Turcas clari; partim eodem *Sebidi*, id est, sancti, post mortem in sanctorum canonem relati, inter quos eminent *Omer*, *Osman*, (o) *Ali*, *cum filiis*, (p) *Murates Sultanus*, (q) & qui præterea martyrium passi, id est qui vel in prælio contrà Christianos, vel aliâ violentâ morte obierunt, ob vitam anteactam commendati, partim etiam reliqui religiosi, de quibus, *Septemcastrensis*: (r) *Sunt*, inquit, *tantæ exemplaritatis in omnibus eorum dictis & factis, in moribus & motibus, & tantam præ se ferentes ostensionem, ut non homines, sed angeli videantur esse*. Unde *Megalander* in præfat. ad Septemc. *Vmbra*, ait, *sunt nostri religiosi ad illos collati, & vulgus nostrum planè profanum ad illorum vulgus comparatum*. *Deinde* in universis etiam; ubi mirari licet.

Diligentem Ecclesiæ visitationem & singularem devotionem. Non enim die Veneris, quem loco Sabbathi, vel quod Muhammed eo natus (s), vel Alcoranus eo Muhammedi primum allatus, observant, Templa tantùm frequentant, sed singulis etiam diebus, quinquies utplurimùm convocando ad Templum cœtui inservit Muesin, (Sacerdos) qui in circuitu turris ad singulos cardines, vel sententiam aliquam ex Corano recitat, vel eà omisîâ populum allicit, his verbis concludens: *Confiteor unum esse Deum, eumq; esse τὸν Θεὸν, Muhammedem verò ipsius esse Prophetam*; & tandem: *Accedite, quò omni metu liberemini*. (t) Concurrunt statim magnâ copiâ Turcæ, & ubi in Cœmeterio se lavarint, discalceati Templum ingrediuntur, & summo cum silentio, si dies sit Veneris, conciones, quas ipsorum Talismanus nonnunquam ad duas producit horas, (v) Azoaram aliquam ipsis declarans, (x) audiunt; aut nudas tantùm, si dies profanus sit, summâ tamen cum devotione peragunt preces, (y) quæ duplicis sunt generis, vel in Alcorano præscriptæ, uti quotidiana ipsorum, nostræ Dominicæ instar, est oratio, (z) prima Alcorani Azoara, cujus versio juxta *Postellum* sic habet: *Laus Deo Regi seculorum misericordi, pio, Regi Diei judicij. O vos omnes illi serviamus, certè adiuvabimur. Dirige nos Domine in punctum rectum; punctum eorum, in quibus tibi beneplacitum est, sine ira adversus eos, & non*

g) Leuncl. in Onomastico secundo p. 298. in Pandect. p. 198.
h) Id, lib. 2. hist. Musul. p. 106.
i) id. Annal. p. 23. & hist. Musul. 467.
k) Id. p 168. lib. 3.
l) Ib. l. 6. p. 342.
m) Ib. lib. 15. p. 582.
n) Ib. lib. 14. p 543.
o) Ib. l. 1. p. 34
p) Ib. l. 1. p. 35. 36.
q) Ib. lib. 5. p 302.
r) c. 14. p. m. 32.
s) Georgevv de ritu Turc c. 1. Az. 72. p. 172.
t) Sal. Svveiger. Itiner. l. 2. c. 54 p. 184
v) Höniger. Rer Turc. lib. 2. cap. 7. p. 134.
x) Svveig l. c. 55. p 190.
y) Septemcastr. cap. 13. d. p. 28.
z) Leuncl. pand. n 34.

non erravimus; vel à Muhammede, aliisque ſanctis certis accommodatæ temporibus aut caſibus leguntur, quas intermittere nonnunquam licet, priores verò poſthabere ingens cenſetur piaculum, & non ſine ignominioſa per urbem, tabula ac cauda vulpinâ collo appenſis, tractione, additâ nonnunquam mulctâ, expiandam. (a)

Precum frequentiam. Sic quinquies ut vacet orationibus, in Templis potiſſimum, niſi legitima aliqua interveniat cauſa, aut peculiaris Sacerdotum diſpenſatio, quilibet legibus obſtrictus eſt. (b) Hunc orationũ numerum à peregrinantibus utique & in Conciliis obſervari teſtatur *Svveigerus*. (c) Sunt præterea, qui roſario (ſeu Pater noſter Pontificiorum inſtar) non in Templis tantùm, ſed in plateis etiam utuntur. Hoc roſarium ipſis Tesbich, h. e. Dei confeſſio dictum, in tres partes diſtinctum eſt, quarum unaquæque triginta continet orbiculos. Ad primos triginta orbiculos, hæc repetunt verba: Sub hanalla, h. e. ô Deus incomprehenſibilis; ad ſecundum ordinem: Elhem du lilahi, agimus tibi gratias; ad tertium: Alle egber, tu es omnipotens, quas preces nunquam non, ſive ſtent, ſive ambulent, ſive cubent, ſive ſedeant, repetunt. (d)

Operum charitatis exercitium indefeſſum, cujus indicia ſunt *Imareta*, ſ. Xenodochia, vel in unica urbe Conſtantinopolitana tàm frequentia, ut ſi quis, numerante *Leunclavio* (e), in uno triduum victitet (tamdiu autem patet Chriſtianis & Judæis æque ac Turcis, (f)) ac deinde pergat ordine ad cætera, totius anni ſpatio vel inviſere nequeat omnia, vel omnium uti beneficio. *Caravanſaria* ſ. Hoſpitia gratuita in uſum peregrinantium in locis deſertis exſtructa. (g) *Turcica Sacrificia*, quæ vel in memoriam ſacrificati Iſaaci, vel peregrinationis Meccanæ (quem ritum Paſcha vocant *Septemcaſtrenſis*, (h) *Richerius*, (i) *Hottingerus*, (k) *Ioh. Andreæ*, (l) aliique; *L'Empereur tamen Not.* teſtimonio nitens eorum, qui per annos aliquot inter ipſos & in Africa vixerunt) vel voti alicujus apud Deum obtinendi gratiâ, (n) vel in honorem Muhammedis, (o) vel pro demortui ſalute, aut alia de cauſa ſolenni ritu, adhibentur, ubi carnes boum vel ovium

a) Septemc. l. c. 2. Richorius de moribus Turc.
b) Septemcaſtr. l. 1.
c) lib. 2. c. 54 p. 186. & 188.
d) Wallich. de Rel. Turc p. 48. & Sal. Svveiger. l. 2. c. 54. p. 185.
e) Pandect. n. 20.
f) Busbeq. Ep. 1 p. 37. Svveig. l. 2 c. 37.
g) Septemc. c. 13. p. 19.
h) c. 13. p 29.
i) de moribus Turcar.
k) hr, Or. p. 36.
l) Conf. Sect. Mth. c. 1. p. 5. & p. 12.
m) p. 187. ad p. 68. n) Septem. c. 14. o) Laonic. l. 3. de rebus Turcicis.

oviummactatarũ amicis ac pauperibus distribuunt, aut convivia de iis nonnunquam instituunt; quæ cum veteribus Christianorum ἀγάπαις queant conferri; (p). Et hæc de Magnatum beneficiis ac bonis operibus maximam partem testantur, publicæq; liberalitatis sunt monumenta egregia. Privatim verò, quàm nemo non huic studeat sanctitati, tum in homines, quos lubentissimè excipiunt hospitio, aut in eorum usum alimenta ad sepulchra deponunt; tum in bruta etiam animantia, liberalissimi, aves ab aucupe redemptas pristinæ libertati restituendo, panem vel carnem minutatim scissam avibus liberè viventibus; sed ex consuetudine, tempore statuto, advenientibus ex fenestris communicando, pisces cibando, formicis & canibus (quos in domibus suis, ceu animalia immunda non tolerant) cibis ad sepulchrum delatis, subveniendo, quod æquè gratum existiment esse Deo, eleemosynam brutis, quàm homini, modò ob amorē Dei, oblatam, ex *Barth. Georgevviz,* (q) *Wallichio,* (r) *Leunclario,* (s) *Orbis Lumine,* (t) *Hönigero,* (v) & imprimis *Busbequio,* (x) abunde constat.

Abstinentia tum à non licito, tùm ab omni victu per certum temporis spatium. *Illicita* sunt vinum à Muhammede interdictum, (y) uvis tamen uti licitum, (x) it. sanguis, morticinium, animal nomine Dei non peremptum, (a) porci, (b) & ex piscibus rana, limax ac testudo. (c) *Ieiuniorum* verò alia sunt stata, vel *obligantia*, alia *libera*. *Istius* generis est magnum illud jejunium mensis Ramadan, quod 30. diebus observatur, interdiu nunquam assumpto cibo, sed de nocte saltem (d): *Huius* verò, quæ ob peculiaria vota, vel aliam ob causam eadem instituuntur ratione; (e) quibus jejuniis maximè gloriantur Dervislari & Calenderi, teste *Septemcastrense,* (f) *&* *Hönigero.* (g)

Peregrinationes religiosæ, versus Mecham & Medinam (o), Bethlehemum etiam & Hierosolymas (i), aut Sancti alicujus sepulchrum (k), cujusmodi in Natolia esse, quo Dervislari tanto proficiscantur numero, ut octo millia ipsorum nonnunquam ibi numerentur, scribit *Hönigerus* de Turcarum Relig (l)

Huc referri queunt alia nonnulla, non minùs in Turcis commendanda; ceu sunt Frugalitatis studium, *his enim si sal sit & panis, alliumq;, aut cepa, aut lactis acidi genus, nihil præterea requirunt*, teste *Busbequio*: (m) *Affirmare ausim*, inquit, *unum aliquem*

p) L'Empereur. l. c. q) De ritu Turc. c. 1. r) l. c. p. 49. seq. s) in Pand. n. 195. t) p. 1269. v) l. 2. c. 17. x) Epist. 3. p. 179. seq. y) Az. 3. p. 17. Az. 13. p. 42. z) Az. 16. p. 50. Busbeq. Ep. 1. p. 25. & Ep. 3. p. 253. a) Az. 12. p. 38. b) Busbeq. Ep. 2. p. 154. c) Id. Ep. 1. p. 66. d) Wallich. p. 62. seq. Höniger. l. 2. c. 10. p. 137. Christ Furer Itin. p. 85. e) Wallich. l. 1. f) cap 14. p. m. 30. g) lib. 1. c. 5. p. 129. h) Wallich. l. c. p. 90. i) Leuncl. in Pand. n. 219. conf. Annal. p. 41. Svveig Itin. l. 2. c. 58 p. 198. (k Wallich. in comparat. Antich. c. 16. l) l. 2. c. 3. p. 125. m) Ep. 1. p. 90. & 91.

nostra-

nostratium maiorem sumptum in cibos facere uno die, quàm Turcæ faciunt duodecim. Et Conzenius: (n) *Vino abstinent, cum oriza est copia, pane facilè carent. Quod si oriza desit, pulvere, quem ex salita carne commolitum secum ferunt, sese sustentant, in aquam enim calidam immittunt, pultemq; inde corporibus roborandis efficacem conficiunt.*

n) l. 10. c. 24. n. 2.

De militum in castris frugalitate agunt *Septemcastrensis c. 5. Iovius de militia Turcica, Barthol. Georgevv. de mil. c. 2. & Busbeq. Epist. 1. p. 127.* Ipsius Imperatoris Turcici prandium, & quod Legatis Cæsareis exhibuit convivium describens *Svveigerus*, (o) hæc addit: Im Teutschland gehet es auff einer Bawer-Kirchmeß besser zu.

o) Itiner. l. 2. c. 4. p. 59.

Simplicitatis amor, de quo testantur ipsorum *ædificia* è ligno & terra maximam partem exstructa, in quibus si sint à latronibus, à frigore, à sole, ab imbre tuti, reliquas opportunitates non requirunt, referente *Septemcastrensi*, (p) *Lansio*, (q) *& Georgevvizio*, (r) testantur *vestimenta, nullum enim hic enormis vestitus prodigium, nihil concisum aut perforatum, satis sibi citò vestes atteri dicunt, etiamsi non scindant*, narrante Busbequio (s).

p) c. 10. p. 22.
q) Orat. pro Polon. p. 716.
r) de rit. Turc. c. 3.
s) Ep. 1. p. 101 & Ep. 3. p. 248 Conf. Septēcastr. c. 9 p. 21.

Munditiei cura, tanta ut ne minimam in corpore sustineant maculam, præsertim illi, qui devotiores videri volunt, (t) hinc frequentia illa balnea, & (si ipsis credimus) à vino & porcina carne abstinentia, quod iste victus hominem reddat immundum. (x)

t) Septemc. c. 10. p. 22.
v) Svveiger. l 2. c. 33.
x) Septemc. l. c.

Justitiæ rigor. Viget hîc Laconismus, & in foro procedendi simplex modus, ac planus, verèque strepitus omnis expers & cum subitæ executionis rigore singulari conjunctus. (y) Ipsi Christiani sua securè possident, æquali in Christianorum quam Turcorum fraudatores constituta pœnâ, (z) cædes in ingenti Constantinopolitana urbe fieri insolens est. (a) De Judicum & Magistratuum ordine agunt *Leuncl. in Pandect. n. 228. Orbis Lumen p. 1274. Anton. Geufræus l. 1. c. 1. & seq.* de modo verò administrandi *Svveiger Itin. l. 2. c. 50. & Nicol. Höniger. l. 1 c. 26. & 27.*

y) Leuncl. in Præf hist. Musulm. p. 5
z) M Crus. in Annot. ad Turcogr. l. 7. p. 487.
a) Id l. c.

Magistratus & Superiorum observantia, quam describit *Busbequius*, (b) unde ipsemet Solimanni nepos, indicatâ ex jussu avi sui mortis sententiâ, cervicem laqueo obtulit, his verbis ex disciplina gentis conceptis: *Non se hoc ut jussum Imperatoris, sed ut Dei, cui sit parere necesse accipere.* Id. l. c.

b) Epist. 1. p. 102.

Patientia. Ad omnes omninò labores obdurati, numquam tam impatientes, ut Dei rigorem accusent, sed semper in mediis etiam angustiis Dei laudes decantent. (c)

c) Nicol. Höniger. l. 11. c. 4 p. 19.

Quondam etiam literarum cultu celebres fuere Saraceni, eoque vel soli Arabes totum superarunt orbem, velut auctoritate *Ioh. Scaligeri, & Galleotti Martij de doctrina promiscua, c. 6.* & *Dureto hist. des langues, f.* 453. demonstrat *Christ. Besoldus* [d]. *Saraceni usq; adeò fuére literis ac studiis addicti, ut solum illud Imperium plures & nobiliores Academias habuerit, quam totus unquam reliquus habuerit orbis:* verba sunt *Clar. Erpenii Orat. 2. de ling. Arab. pag. 51.* Pluribus hæc exequitur *Hottingerus in Analectis dissert. 6. de usu ling: Arabicæ in Theol. Medic. &c.*

d) In Syst. Polit. lib. 1. c. 10. n. 13.

Habes hîc iterum labyrinthum speciosissimum, iis imprimis, quibus ejusmodi sanctitas veræ Ecclesiæ nota, veræ & sinceræ doctrinæ sunt indicia, unde *B. Dn. D. Lutherus* [e], *Videmus,* ait, *Turcorum sive Machometi religionem, ceremoniis (pene dixerim) & moribus, esse multò speciosiorem, quàm nostrorum, etiam religiosorum & omnium Clericorum.* Et paulò post: *Ego planè credo, nullum Papistam, Monachum, Clerum aut eorum fidei socium, si inter Turcos triduo agerent, in sua fide mansurum. Loquor de iis, qui seriò fidem Papæ colunt, & optimi inter eos sunt.* Quàm verò fallax hoc pro ὀρθοδοξίᾳ Turcica sit argumentum, præclarè idem his verbis indigitat: [f] Der Teuffel will auch einen schönen Deckel haben/ und ein schöner Engel seyn/ als ein Engel deß Liechts. Mörder und Rauber seind viel getrewer und freundlicher untereinander/ dann die Nachbaren/ ja auch wol viel mehr dann viel Christen. Et Tom. 8. Jen. [g] Deß Teuffels Märtyrer leiden mehr/ dann Christus Märtyrer/ und die Hölle muß säwrer verdienet werden/ dann der Himmel/ so betten sie auch viel/ wie die Ehe-Hur *Proverb.* 7. thut/ geben und opffern viel/ rc. Aliorum gentilium, & hæreticorum, externâ sanctitate splendidissimorum, exempla adducit *Dn. D. Gerhardus in Confessione Catholica,* [h] quibus collati Muhammedani fortè multis modis existent inferiores. Præter enim quod sanctitas ista divino haud nititur jussu, ipsis etiam ineptis ceremoniis suspecta; oppositione reliquorum operum tota densissimis involvitur tenebris, ut præter ἐθελοθρησκείαν phantasticam, & hypocrisin sceleſtam, vix aliquid in ipsis deprehendere liceat.

e) In Præfat. Septemcastrensi præfixâ.

f) Tom. 4. Ien. Germ. de bello contra Turc p. 438. b.

g) p. 36. b. & 37. a.

h) T. 2. art. 5. c. 5. pag. 1213. seq.

liceat. Ineptam *Phantasiam* testantur, non tantùm, quæ in sanctis & martyribus suis admirati, ut vita Eremitica, corporis dura afflictio, orationum indefessa cumulatio, visionum cura, & quæ sunt hujusmodi, responso Christi jamolim excepta: Ecquis hæc de manibus vestris requisivit; sed etiam, quæ circa uniuscujusque operationes perspicimus, v. g. si precandi morem videamus, à *Svveigero* (i) descriptum, quo 1. oraturi pollice utramque premunt aurem, 2. ad umbilicum, cingulo insinuant pollices, atque ita devoti paulisper subsistunt. 3. sese inclinant & genua apprehendunt, 4. in suras subsidunt, 5. manu faciem qs. fricant, 6. in faciem procumbunt, ubi gesticulationum demum fit initium. Quod enim humero sinistro (quem dextro digniorem, quia gladius sinistrum cingit latus, existimant) Angelum bonum; dextro verò malum insidere genium sibi imaginantur, dum procumbunt, mox lævum, mox sinistrum versus, faciem circumferunt, verba illa Slunge, Slunge, vel quadragies repetendo, quâ voce utrumq; salutant Angelum; postea verba ista; illa lahe ille lah, vel triginta vicibus continuant, placidè illa ad sinistrum exprimendo, ad dextrum v. tantâ cum vehementiâ & contractâ fronte, ut plagis exceptũ iri genium malum, existimet spectator vacuus. Pertinet huc ridicula eleemosynarum canibus, felibus & formicis exhibitio, & pecuniæ pro defunctorum salute distributio, & alia hujus generis. De *Hypocrisi* verò testantur omnes ferè ipsorum actiones, etiam quæ honestissimæ primâ fronte apparent. *Liberales* sunt erga egenos, sed de prædis Christianorum, quos captos miserrimo habent loco. Imò quasdam mulierculas Testamento certam pecuniæ summam, pro Christiano occiso, legare, memorat *Hönigerus* (k). *Imareta & Templa exstruunt* Imperatores, sed Christianorum opibus; cum lege cautũ esset, ne ante novâ aliquam Christianorum provinciam occupatam, unde novæ provideri queat structuræ, Templum vel Imaretum aliquod splendidum exstruat Sultanus, referant *Petrus Contarenus & Melchior Besoldus in descriptione Itinerarij Hierosol.* (l) *Iejunia* die celebrant, noctem verò terunt comessationibus, iisque fruuntur cibis ac potu, qui diurnum tempus jejunio vel somno reddant aptiorem. (m) *Vino* abstinent, ebrii intereà mero illo secundantis eorũ vota fortunæ, adeò ut in-

i) lib. 2. c. 54. p. 186.

k) Tom. 1. l. 2. c. 16.

l. ap. Hönig. l. c. 13.

m) Svveig. l. 2. c. 57. p. 191. & Wallich de Rel. Turc p. 62. & seq. Höniger. l. c. c. 10. p. 127.

inter moderationis sobriæ fines se amplius continere haud queant. [n] Tum coacti abstinent plerique, qui si modò fieri queant participes, ejus ingurgitatione superant Christianos. [o] *Peregrinationes* per se phantasticas, plurimi lucri gratia suscipiunt. [p] *Templa frequentant*, verùm ut maledicant piis. [q] *Precibus* Deum sollicitant, sed corde idololatrico, verum unum & triunum Deum detestantes. Reliquas quod attinet laudes, pristinis largiri magis possumus, quam hodiernis Muhammedanis, qui valdè à Majoribus suis, ipsorum etiam Talismanorum (Sacerdotum Turcicorum) judicio, degenerarunt; regnat hodie: injustitia, [r] luxus, [s] avaritia insatiabilis, [t] prodigiosa superbia, [u] inaudita Tyrannis, & Machiavellica perfidia, [x] in quibus Turcæ, si non omnibus omninò gentibus superiores, secundi ad minimum non sunt; his vitiis, si quid commendatione dignum aliàs superesset, omne opprimitur atque extingvitur.

4. Prosper successus contra adversarios, imprimis Christianos, quos captorum plerumque infelix mansit exitus. Notior hæc est felicitas, quam ut ulteriori indigeat recensione, Christianis contra eo redactis, ut hanc insatiabilem bestiam annuis etiam muneribus (nolo enim invidioso tributi nomine cum Turcis [y] uti) saturet summum in his terris Caput Imperator Romanus; quam diversam sortem, apostasiæ plurimis fuisse Christianis occasionem, refert Septemcastr. [z] sed Mahometicæ contra religionis propugnaculum optimum. [a] Quod si penitius tamen hoc inspicerent propugnaculum homines isti, non magis hanc felicitatem ad doctrinæ tuendam puritatem facere animadverterent, quam Gentilismo olim tuendo fecit. Aliam autem deprehenderent causam tantarum mutationum, Providentiam sc. divinam, cujus occulta dispensatione, illa in pœnam aliis, aliis verò in gloriam & coronam cessére. Pœnam requirebat Apostasia & Idololatria Antichristiana, Græcorum & reliquorum Orientalium socors vita, libido fœda, ingenium mobile, impietas audax, audacia cruenta; debebatur tot sceleribus expiandis portentosum flagellum illud; supra omnium seculorum memoriam, portentum execrabile, Muhamedismus expectabatur, hoc pejor, quo pejora fuere nostrorum flagitia, hoc diuturnior, quò Patrum diutius regnavit impietas.

n) Leuncl. in Proœm. hist. Musul. p. 22. conf. Lanium Orat. contra Hispaniam p. 551.
o) Busbeq. Epist. 1 p. 25. Christ. Furer in Itin. p. 73. Olear. Itiner. lib 5. cap. 16. pag. 596.
p) Chr. For. l. c. pag. 87. & Honig. T. 1. lib. 2. cap 15. p. 149.
q) Svveiger. l. 2. c. 55. p. 190.
r) Leuncl. in Præfat. hist. Musul. p. 9.
s) Svveig. l. c. 61. p. 211.
t) Leuncl. l. c. Honig. l. 2. cap 17.
v) Leuncl. l. c.
x) Id l. c. Iac. Typotius Orat. 3. ad Rudolphū II Imperat.
y) Svveiger. l. 2. c. 5. p. 20.
z) c. 11. p. 24.
a) Dn. D. Dannh. Val. Triumph. p. 362.

pietas & hæretica pravitas, (b) nec filiorum emendata probitate. Satisfiat enim necesse est justitiæ divinæ, scelerum iracundo vindici; cum misericordia tamen sapiente attemperatæ, quæ futurorum & æternorum incommodorum præcisionen & reliquæ malitiæ intendit omnimodam ademptionem; Gloria verò & corona exinde manet pios patientes, qui ad custodiam humilitatis & materiam segetemque virtutis exercentur, *ut per ἀντιπερίστασιν à frigore augmentum capiat ardor, & semper Hannibale ad portas præsente pellatur veternus* (c), ut minax Carthago, Romanorum sive potius cœlestium virtutum cos existat & gloriosus tandem sequatur triumphus (d). Turcis autem, quæ hic contingere videtur felicitas, revera summa infelicitas est, cum tali flagello malitiosorum fortiter carpenti terga, nemo, nisi ignem tandem queat promittere. Nec perpetua etiam hæc exterius apparens prosperitas fuit Muhamedanis; revocentur saltem in memoriam *Tamerlanica* & *Tartarica damna* (e), item *Persica* (f), *Cossaccia* (g), & quas à Christianis perpessi clades, *Belogradica* (h), *Rhodia*, *Issica* (i), *Vienensis* (k), *Sisekiana* (l), *Zigetana* (m), *Famagustana* (n), aliæque complures. Vivunt adhuc in omnium ore *Hunniades* (o); *Ioh. Austrius*, Turcicæ classis, quæ erat 250. navium, devictor laudatissimus (p), & quem primo loco nominare debuissem Epirotarum *Princeps Georgius Castriotes*, ab Amurathe *Scanderbegus* Alexander magnus dictus, tantus Turcorum terror, ut pueri ad nomen Scanderbegi fugerent (q). Quorum recordatio, falsissimam istam de perpetuis victoriis jactantiam aliquo modo poterit reprimere. *Hactenus via Muhammedica*, quam decurrit

Viator,

homo *occæcatus* tum à Diabolo ceu causa per se & externa, per fascinationem, veri objecti remotionem, falsique objecti repræsentationem, (ceu sunt recensitæ hactenus labyrinthæ species) tum à se ipso, ceu causa per se internâ, partim oculorum conniventia, compressione & in terram defixione, partim velaminis quòd denudandum erat relictione; & mediorum quæ divina subministravit providentia, omnimoda neglectione, partim opinionum præoccupatione, sive à Præceptoribus tradita-

 rum,

b) Phil. Nicol. Tom. 1. Oper. Latin. fol. 103.

c) Dn. Doct. Dannhavv. in Phęnom. 12. ἀντιπερίστασις Dramatis S. p. 101.

d) Dn. D. Hoë in Apoc lib. 3. p. 331. & 333.

e) Boxhorn. p. 889. Hotting. hist. Eccles. T. 4. in. Gingischanismo.

f) Id. imprimis Leuncl. annal. & Epit. Cluver.

g) Cluv. Ep. p. m. 773.

h) Boxhorn. pag. 961. & p. 1012.

i) Crus. Turcogr. lib. 1. p. 26. & 34.

k) Leuncl. Pand. n. 224 it. de script. obsidionis Viennæ addita Pandectis Leuncl.

l) Höniger. T. 1. l. 2. p. 388.

m) Annal. Turc. p. 63. (n) ibid. p. 69. (o) Boxhorn. p. 161. seq. (p) Leuncl Annal. p. 69. (q) Boxhorn. p. 987. Conf Boisarti vitas cum Iconib. Francofurti editas.

rum, sive è commentariis haustarum, sive à voluntate licentiosè imperatarum; Deo autem per accidens hic concurrente, qui lumen nequiter contemptum auferre, & cæcitatem solet immittere, metis tamen & terminis simul præscriptis, quemadmodum cæcitatis ordinem describit *Excell. Dn. D. Dannhauverus*, (r) Muhammedanis sanè accommodatissimum, uti ex hac disputatione cuilibet facile patere poterit. *Surdus*, ob legem inhumanissimam de non disputando, à Muhamede aperto futilitatis doctrinæ suæ argumento latam, solet enim falsa doctrina angulos quærere, examen horrere, silentium imperare, & suspecta ad minimum merces esse solet, quæ se examinari non patitur. (s) *Carnalis*, voluptatum desiderio æstuans, quam concessa πολυγαμία sibi abundè ministrari existimat, tum prædandi & spoliandi inescatus licentiâ; quo spectant illæ in Paradiso carnales promissæ delitiæ.

r) In Antichrist. Prodr p. 4. seq.

s) Dn. Doct. Dannh. in vale Triumphal. p. 259. & 260.

Stultus atque ineptiarum Alcorani admirator tantus, ut sympatheticos nonnunquam motus (qui tamen non supranaturales sunt, *ex fulminibus Sinaicis*, aut Sioniis Evangeliis *oriundi, pœnitentia cor eliquantes, aut solatiorum haustu conscientiam verè serenantes & tranquillantes, sed intra sphæram manent*, ac admirationis barbaricæ, ob lenocinantem suis rythmis Alcoranum, vel stultæ devotionis signa sunt & indicia. (t)) Alcorano prælecto invenias, quem lachrymis irriguum prodidit *Beidavi apud Hottingerum* (v). Pergimus ad

t) Id. l. c.

v) Hist. Vn. l. 2. c. 5. p. 282

Hodegetos sive Viæ Ductores,

quorum post Sathanam primas tenet Muhammed. Hic, quos fraudulentiâ & violentia (de quibus supra actum) semel attraxit, iisdem duxit artibus, ac modis, dum legibus disputationes abrogavit, & anathematum ac tormentorum fulminibus in retrogressuros egit pertinacissimè. Defuncti vices supplevere Caliphæ cum sacerdotibus suis & Legum interpretibus, donec Osmanidarum surgente imperio ad *Maphti* negotium hoc devolutum. Supremus is est Alcorani interpres, & Turcarum *Papa*, veluti nominatur apud *Leunclavium* (x) & *Hönigerum*. (z) A quo secundi sunt *Cadilescheri*, Muhammedanæ superstitionis Doctores, & summi judices rerum forensium; ejusdem dignitatis

x) Pandect. n 34.

y) lib. 1. c. 8 p. 48.

tis esse dicuntur cum Græcorum Metropolitis (z), vel *Romanorum Archiepiscopis* (a). Hos sequuntur *Cadij*, i.e. judices, qui de causis litigantium aliquo in oppido, vel urbe, vel provincia, cognoscunt, authoritate Episcopis Rom. respondentes (b). Hos *Hoggiæ* i.e. Seniores, Græcis Presbyteri. Hoggias excipiunt *Talumanni* qui populum ad preces quinquies singulis excitant ac invitant diebus, & eorum qui negligenter orant, suarum precum cumulo supplent vices, quod supplementum non invalidum existimat populus (c), *παπαὶ* etiam vocantur, teste Gerlachio. (d) Non magna ab his requiritur eruditio, qui si Alcoranum legere, ac levem aliquam addere queunt interpretationem, doctissimi censentur. (e) Sartores plerumque sunt, aut sutores, vel librorum descriptores, habitu à reliquis non differentes Turcis. (f) Septemcastrensis (g) eorum munia describens ait. *Non habent occupationes circa animas in audientia confessionum, & ministratione Sacramentorum, & visitatione infirmorum, sed qualis lex, tales sacerdotes.* Ultimi sunt *Dervisii*, Monachorum instar Romanensium, qui partim *habitu* dignoscuntur, alii enim nudi, alii vestiti, alii tonsi, alii capillati &c. incedunt (h), partim *vivendi ritu*, cum præter eos, qui in urbibus vel hospitalitatem exercent, vel aquam puriorem circumgestant, mercede quæ sponte offertur tantum accepta, alii seorsim congregati habitant, alii etiam vitam agunt eremiticam; (i) partim etiam *professionis diversitate.* Sic alii patientiam professi sese impassibiles ostentant, alii abstinentiam, raro cibum sumentes, inter quos sunt, qui sine omni cibo vivunt, alii paupertatem, qui de nullo sibi in crastinum prospiciunt, omnium terrenorum abjectâ curâ: Alii silentiarii (Camutlar, i.e. muti) nuncupantur, qui omnium hominum fugiunt consortium, ne ad loquendum provocentur; alii visionibus ac revelationibus dediti, pennarum in capite gestatione cognoscuntur: Alii Ecstatici, qui raptus & ecstases jactant planè supernaturales, veluti ex Septemcastrense l.c. describuntur. Leunclavius (k), Hönigerus (l), & alii quatuor istorum religiosorum faciunt ordines, suntq; *Dervisii* nudè sic dicti, qui ubiq; tonsi conspiciuntur & in frontibus cauteria quædam inusta gestant, Maslaco (Afferal vocatur à Scaligero) (m) & copiosè quasi phreneticos reddunt, ac sibiipsis sine dolorum sensu vulnera infligunt.

z) Crus. in Annot. ad l. 1. Turcogr. p. 67.
a) Leuncl. l.c. cum Ludovico Bassano Iadrensi.
b) Leuncl. l.c. n. 34.
c) Id. l.c. n. 34.
d) Ap. M. Crus. lib. 3. Turcogr. in annot. p. 211.
e) Höniger. l. 2. c. 3. p. 123.
f) Georgevv. de Turc. tit. cap. 1.
g) c. 13. p. 30.
h) George. l.c.
i) Septemcastr. l. 4.
k] In Pand. n. 171. c. 187.
l] lib. 2. c. 56. pag. 131. seq.
m] Exercit. 154 p. 116. Höniger. l.c.

gunt. In Natolia ſuum habent Azembaba, i.e. Patrem ſupremum. *Calenderi*, qui continentiæ præcipuam ſibi laudem vendicant, ferreum hoc propter vel æreum cuti penis perforatæ inſerentes annulum, & ſanctimonia vitæ præ aliis eſſe cupiunt conſpicui, & ſacella quædam exigua inhabitant. *Huggiemales vel Iomaili*, juvenes ſunt robuſti, nobiles, docti, capillis in humeros uſq; promiſſis ſuperbi, manu librum geſtantes, omnem pervagantur Turciam, annotatis quæ memoratu digna contingunt. Et *Torlaces* veſtitu Derviſiis non diſſimiles, qui mendicantes Papæ imitantur Monachos, omniumq; rerum obſervant comunionem.

Quam præclari verò hi ſunt ὁδηγοὶ, modò nominati autores ſimul indicarunt; quod Dervislaros nulla ſcelerum tangat conſcientia, Huggiemales præcipuè amores ſectentur illicitos, Torlacum verò flagitia vix queant exprimi, & Sodomia, adulteria, furta omnib' ferè ſint ſolemnia, Sed contemplemur etiam

Lumen,

quo ducti Viatores cum Hodegis ſuis ingreſſam ſemel viam continuant, ad verum S. ſacræ fulgorem aliàs quam maximè cœci. Eſt illud Alcoranus idem ſignificans quod מקרא vel קראה, quo nomine S. ſacram indigitant Hebræi, Lat. Lectura. l. Legendum, Lutherus vertit: Ein Predigt oder Lehrbuch. [m] Dicitur etiam Almoshaph, i.e. liber ſive codex, ut ſacra S. Græc. βιβλίον; item Alphorcan à diſcriminando, quod verum à falſo diſcriminet, aut infidelitatem à fide [n], quemadmodum Hebræis idem eſt פרק vel פירקא i. e. ſectio legenda, ſive lectio. [o] Conſcriptus eſt lingua Arabica, quæ in eo elegans eſt, teſte Erpenio (p), & Golio (q). *Styli genus breve & conciſum*, ait Cl. Golius l. c. *phraſi non inelegans, ſæpe figuratum, floſculis ac ſententiis ſubinde aſperſis.* Et hâc quidem elegantia tantopere ſeſe extulit Muhammed, ut ἀδυναμίαν ſimile aliquid ſcribendi, hominibus æquè ac diabolis omnibus objecerit, quo argumento divinitatem ſuis conciliare tentavit nugis (r), & poſt eum tentarunt plurimi, quod ejusmodi librum componere, humanā excedat ſapientiam. Rectè a. concedit *Ludov. Vives*, ſapientiam humanam huc nihil poſſe, niſi in meram ſtultitiam atque imprudentiam degenerare vellet ipſa. Sectiones ſive capita Alcorani quod attinet, non eadem illa ſunt in omni-

m) Tom. 4. Ien. Germ. pag. 436.
n) Beidavi ap. Hott. hr. Or p. 57.
o) Golius in diſſertatione præfixa Suratæ 31 ſeorſim editæ
p) in diſſert. de ſtudio Arabico feliciter inſtituendo.
q) loc. cit.
r) Az. 10. p. 69. & Az. 27. pag. 93.
s) pag. 480. de ver. Rel.

omnibus exemplaribus (t); hodie tamen Arabica exemplaria, (ſi primam annumeres ſuratam, quam alii ſaltem loco præfationis habent,) Suratas numerant 114. Latina verò, à Roberto Retinenſi Anglo & Hermanno Dalmatâ ante quingentos annos translata, & ante ſeculum & quod excurrit, à Theodoro Bibliandro cum notis Tiguri edita) Azoaras 124. prioribus decem Arabicis Suratis in viginti capita digeſtis; Germanica Svvegeri verſio in diſtinctos tres libros diviſa eſt, & Alcorani tantùm eſt compendium, ex Italico translatum, ſuis non carens erroribus, uti apud Hacſpan. l. c. demonſtratur.

Definitio Alcorani Muhammedanis hæc eſt: *Alcoranus eſt liber cœleſtis* (v), *veritatis indubiæ* (x), *Angelis, Diabolis & hominibus intellectu difficilis,* (y) *atq; ad univerſalem omnium gentium Apoſtolum Muhammedem miſſus,* (z) *ut credentes illi ſerventur, increduli* (a) *hic ferro & flamma exſtirpentur,* (b) *& in altera vita ſuppliciis æternis mactentur,* (c) veluti hanc exhibet *Hottingerus in hiſt. Eccleſ. c. 7. ſect. 2. p. m.* 405. ex ipſo Alcorano deſumptam, uti loca in margine hic adducta, evolventi facilè demonſtrabunt. Quod ſi huic falſiſſimæ deſcriptioni veriorem opponere velimus, lumen iſtud Muhammedicum accuratius percepturi, per *ignem fatuum* hunc optimè deſcribi poſſe, inveniemus. Eſt enim Alcoranus, lumen externâ quidem formâ, rythmorum ſc. ac phraſium decore elegans, ſed verè ſimul *inſtabile,* quod vel à quovis vento impelli poſſit, ceu patet ex contradictionibus innumeris in iſto libro contentis: (d) *ineptum & fatuum,* cum Lectori Azoaræ de Locmanno (quem Æſopum eſſe tradit *Hottingerus*) (e) conſcriptæ, peculiarem Locmanni in vita æterna amicitiam pollicetur, (f) meris gaudet tavtologiis, (g) βαρβαροφωνίᾳ majorem ſibi ſtudet conciliare authoritatem, ridiculis parachroniſmis, anachroniſmis, ἀνισεσία, & ὁμοιοπτώτων ἄτεια integrorum nominum permutationibus, deridendum ſe propinat omnibus. (h) *Interruptum,* cum id magis, teſte Golio l. c. quæſitum videatur, ut conſonis extremis ſyllabarum periodi congruerent, quam rerum nexu & ſequela convenirent; de quâ confuſa ſerie *Ioh. Andreæ* (i) agens Muhammedem operâ ſcribæ Iudæi, Abdallæ nomine, uſum refert, qui Muhammedis dictata ſomnia, diverſis inſcripſerit ſchedulis, quarum

t) Hacſpan. de fide & lege Moham. lit. h. c. 4. 6.
v) Az. 5. 27. 96. 51. &c.
x) Az 42. p. 130. Az 19. p 67. Az. 51 p. 149. Az 15. p. 48. &c.
y) Az. 5. p 21. Az. 24. p 38.
z) Az. 11. p. 37.
a) Az. 12. 13. 27. &c.
b) Az. 10. p. 34. Az. 18 p. 61. Az 19. p. 62. it Az. 5. p. 21. &c.
c) Az. 12. 13. 16. 27. 41. 44. & plurimis in locis.
d) Magnam iſtarum partem collegerunt Iohan. Andreæ l. c. c. 10. p. m. 127. Ludovic. Vives L. 4. de R. vei. p. 462. it. Richard. in confutat. Alcor. Nicol. Cuſa in Cribrat Alcor. & alii.
(e) Hiſt. Or. p. 68.
f) Beidavi. ap Hott. l. 1. p 72.

g) Goli. l. c. h) Hotting. l. c. p. 19. i) cap. 2. p. 31.

 dimi-

k) c.13 Conf. Alcor. pag. m. 166. dimidiam partem, tum murium corrosione tùm alio modo perditam, ubi accepit Osmanus, reliquias collectas in unum corpus coadunarit & in certa capita distinxerit. Addit Richardus (k), plurimos simul à diversis compositos Alcoranos, inter se dissimillimos, quibus sublatis, hodiernus tandem substitutus sit. (l) Novam etiam Alcorani reformationem, ab Omar institutam, reliquis Muhammedis aliorumque scriptis per ducentas mulas avectis & in Iordanè projectis, narrat *Cal. Curio* (m) *&* *Wallichius*. ex quibus de Muhammedici Alcorani connexione & bonitate facilè quivis judicium ferret. *Puditissimarum paludum accola*, cujus non tantùm exhibere queunt testimonium calumniæ, mendacia, figmenta, sed hæreses etiam innumeræ, quarum squalorem sectatus copiosissimè. *Ludendis & in exitium trahendis hominibus natum*, veluti labyrinthus supra descriptus admonet.

l) Ioh. Contacuz. Orat. 1, p. 311.

m) l. 1. hist. Sar. p. 13.

n) de Relig. Turc. p. 2.

Egregium sanè lumen! & tamen Turcis tàm venerabile, ut integris illud deprædicare libris non vereantur, ceu veneratione post Deum, dignissimum, & omnibus creaturis longè præferendum. Hinc insidere Alcorano ipsis immane piaculum est, Christianis & Judæis capitale. Immundi illum attrectare manibus aut tergum illi, vel ejus lectori obvertere, aut schedulam, si forte Alcorani particula in ea extaret descripta, non attollere, neccum osculo rimæ parietis inserere, nefas ducitur, uti hoc testatur *Erpenius* (o) *Georgevvitz*, *Wallichius* (p) *Svveigerus*, (q) & alii.

o) in Notis ad Surat. Iosephi.
p) pag. 3.
q) l. 2. c. 16. & c. 31.
r) Buxtorf. Synag. Iud. c. 35 & Lexic. Thalmud.
s) Wallich. de rel Turc. pag. 99.
t) vid. Az. 1. p. 9 Az. 19. p. 35. Az. 23. p. 82. Az. 28. p. 95 Az. 35. pag. 116.
v) Az. 54. p. 154. conf. Az. 47. p. 139 Az. 62. p. 162 Az. 88. p. 171.
x) Az. 25 p. p. 85.

Terminus

tandem hujus Hodomoriæ, ex ipsorum quidem opinione Paradisus est, aut infernus; uterque fictitius & fabulosus, quo tamen post habitum à Deo per plurimos annos judicium, perveniat homo, hucusque anima & corpore in sepulchro detentus; qui si probus in vita fuit; cœli miranda inter ea perspexerit; si improbus, igneos angeli fustes, qui Judaicus etiam error est, (r) graviter cum gravante sepulchri mole senserit. (s) Paradisus porro duplex ipsis est; Major & Minor. Majore & jucundiore, ubi omnis generis existant delitiæ, (t) imprimis mulieres formosissimæ, oculis magnitudine sua ova æquantibus, superbientes (v) fruentur Musulmanni piè defuncti, Minore verò, Maiori proximo, mulieres Turcicæ cum Christianis piis contentæ erunt. Sic infernum septem portis distinctum facit (x) Muhammed,

med, quarum unaquæque cellula adjudicatos ſibi recipiat facinoroſos, aliquando poſt imploratam Dei gratiã liberandos (y). Sed alius revera Moroſophos iſtos manet terminus, æterna, obſtinatæ infidelitati, ac peſſimis moribus debita, ἀπώλεια, de qua ut ulterius dicatur, finienda haud permittit Hodomoria; cui Politiam & Oeconomiam, Muhammedicæ animæ particulas, breviter ſubjungemus.

REGIMEN

quoad exercitium planè Tyrannicum eſt; quamvis titulum poſſeſſionis æquè juſtum eſſe, quam fuit in aliis quatuor magnis Imperiis, probant negati ſtipendii juſta poſtulatio, (z) regiones bellicæ partæ victoriis, & longa cumprimis annorum præſcriptio, veluti hoc jus S. literæ conſecrarunt [a], & innumera conſolidant exempla. [b] Exercitio autem tale eſſe Regimen hodie Turcicum, omnes Tyrannidis demonſtrant characteres, qui ſunt, recenſente *Dn. D. Dannhauvero* [c] 1. *virtutum, præſertim pietatis ſimulatio.* (d) 2. *Optimatum ſublatio,* quâ ratione facultates eorum fiſco ſimul Regio addicuntur, (e) nec ipſis ſub regni initio parcitur fratribus, Muhammede III. octodecim fratres Turcico more ſtrangulatos, cum paternis ſepeliente exuviis. 3. *Μικροψυχίαι inductio, tùm* per ademptam diſputandi & judicandi libertatem, *tùm* per ſervilem tractationem, qua Regem oportet eſſe, vel mancipium, nihil in hâc gente medium, ceu probat *Conzen.* in Politicis (f), & *Cauſinus* de Regno Dei: (g) *Nulla hic nobilitas agnoſcitur, niſi gratum eſſe Domino, quæ propriè eſt felicitas ſervi,* ait *Conzenius* l.c. 4. *ἀδυναμία πραγμάτων,* per fotam & promotam barbariem, de qua mox dicetur. 5. *Commiſſio ſubditorum,* & hinc natæ ſeditiones inteſtinæ, quæ poſt Soleimannum ferè continuæ fuerunt. [h] 6. *Hominum malorum promotio,* quod in Janizaris Chriſtianismum non tantùm ejurantibus, ſed quibusvis etiam ſceleribus, direptioni, voluptatibus, ſeditionibus obnoxiis, patet.

OECONOMIA

tota barbarica eſt. Argumento ſunt (A) Ignorantia, 1. *Literarum,* (k) quę Græciam, eruditorum antea matrem, ita hodie invaſit, ut Academiis ſublatis, hodierna lingua Græcanica de barbarie ſatis queat teſtari, [l] hiſtoriarum mera confuſio regnat. [m] Me-

y) Vid. tract. Alcorã. ſubjunctus õt. inſcript. doctrina Machumet. vel lib. 1. Alcorani Salomõ Svveigeri.
z) Zonar. T. 3. Annal. in Heracl. p. m. 127. b. & Cedren. p. 347.
a) Iudic. 11. v. 20.
b) vid M. Antonius de Dominis Rep. Eccleſ. lib. 6. c. 8. n. 23. 24.
c) Chriſteid. Act. 3. Phænom. 8.
d) Leuncl. Pand. n. 250. it. hiſt. Muſulm.
e) Conz. l. 8. c. 19 §. 32.
f) lib. 8. c. 20. num 1.
g) diſſert. 4.
h) Leuncl. annal. Turc. p. 20. ſeq. p. 63. &c.
i) Leuncl. l. c. p. 64. it. ad A. Chr. 1512. Busbeq. Ep. 1 p 96. Svveiger. l. 2. c. 24.

k) Septemc. c. 21, Busbeq. Ep. 1. p. 94. l) Orbis Lumen p. 1280.

m) Busbeq. Ep.1.p 94. n) Svveiger. l.2.c 30. o) I. l.l.c.c.61 p) Busbeq. Ep.1.p.40.& p.42. Septemc.c.13. O.b.Lum. 1268. q) Hönig. l.2.c.3 p.75. r) Ep.3.p.214 s) lib.8 c.12. num.3. t) Ep.1.p.27.

[m] Medicina jacet inculta, Tonsoribus atque Judæis, hominibus indoctis commissa. [n] Musica eorum præter pudendam dissonantiam nihil est. [o] 2. *Rei gnomonicæ & horologiorum*; Totus dies Turcis in quatuor partes dividitur, noctis omne tempus incertum est. [p] 3. *Artis Typographicæ*, (q) cuius neglectæ causam adducit *Busbequius*, (r) quod Scripturam, i.e. literas suas sacras, non amplius scripturam fore, si excuderentur, ineptè arbitrentur. 4. *Architecturæ*, ut in exstruendis palatiis splendidis, Christianorum operam cogantur efflagitare, teste *Hönigero*. 5. *Rei metallicæ*, de qua *Conzenius*: (s) *Nullum principem plures Metallorum fodinas habere arbitror, quam Turcarum Imperatorem, qui cum tamen auri sit sitientissimus: eo bono non utitur, & penuria peritorum, & Dei providentia, ne tantis opibus contra reliquias Christianorum instruatur.*

v) pag. 22.

(B.) Neglectus 1. *ædificiorum*. sic *Busbequius*: (t) *Num tectum perpluat, num vitium faciat paries, non magnoperè laborant, modo sit, ubi in sicco equum collocent, & sibi lectum sternant, quæ supra se, nihil ad se pertinere putant.* 2. *Corporis. Id imprimis*, inquit idem (v), *curæ habent Turci, ut equi, currus, impedimenta in tuto sint; hominibus extra cœli iniuriam cætera satis consultum putant.* Quidam etiam corpus barbarè deformare solent, cultros vel hastam cuti perforatæ infixam circumgestantes, detestanda patientiæ suæ iactatione (x)

x) Höniger. in descript. circumcis. Mahometis & nuptiar. Ibrahimi l. 2.c.2.& c.20 it. Svveiger. Itin. l.2.c.15. pag.78. y) Gerlach. apud Crus. in Turcogr. l.7.p.504. z) Svveiger. l.2.c.3.p.55.

(C.) Barbarica Regionum devastatio, unde Proverbium: *qua Othomannus transivit equus, ibi nec folia, nec gramina provenire.* (y)

(D) Detestanda insolentia ac superbia, quam ipsi etiam Imperatoris nostri Legati coguntur experiri, (z) de quo barbaro fastu pluribus agit *Leunclavius*. (a)

(E.) Barbarica captivorum afflictio, quam describunt *Ludovicus Vives in Tractatu de conditione Christianorum sub Turca*, (b) *Georgevvitz* (c) *Busbequius* (d) & alii. Quam primùm enim Christianos ceperunt, vel aperto Marte vel iniustè, milites Turcici; alios Imperatori suo reservant, navibus plerumque

a) Procem. hist. Musc. p. 22. it. Annal. ad A. C. 1537. b) Tom. 2. Oper. p. 881. seq. c) qui extat Tom. 3. Operum Biblia. d) Epist. 4.

que imponendos; alios verò per vicos, villas, oppida, & civitates satis diu actos & tractos, divendunt, vel perpetuâ affligendos captivitate, si truculentiores nanciscantur Dominos; vel in novennium & decennium, si placidiùs secum agatur; interea tamen non cessantibus fustitudinibus & ferricrepidinibus, imprimis apud eos, qui ad naves, remigum indefessè ut agant officium, damnati fuerunt. [e] Plura Barbariei signa, ut nimiam venandi, quâ omnes gentes superant, cupiditatem, [f] improbam etiam cum fecerint ipsi injuriam, aliis expostulationem [*], & quæ sunt hujusmodi, ulterius persequi non licet, ad

ACCIDENTIA MUHAMMEDISMI

nos convertimus, ubi I. quæritur; *Annon Muhammedani justo in Christianos inflammati sint odio, utpote per intempestivam expeditionum cruciatarum seu argonauticorum Zelum lacessiti.* Resp. A. Regiones bello partas, longâ annorum præscriptione legitimè possidebant Muhammedani, cum *Petrus* quidam Eremita (*Abbas Urspergensis* hypocritam vocat [a]) à sepulchro Domini in Italiam reversus, cum literis Patriarchæ Hierosolymitani, de damnis, Christianis peregrinantibus quotidiè illatis conquerentibus, Papam Urbanum II. adit [b], expeditionem in Muhammedistas, intestinis laborantes dissidiis suadet, revelationibus suis de futuro successu additis; Assentitur Urbanus dominandi cupidus, indicit Concilium Claremonti; statim bellum decernitur, prætextus, autore Gretsero [c], religionis amor, sepulchri Domini cura, & Saracenorum Turcarumque depulsio, quasi ferro non papyro; pilo, non stylo; armamentario, non atramentario religionis quærenda foret propagatio; nec anceps ille gladius Spiritus S. tam ad ἐλέγχειν, quàm διδασκαλίαν utilis sufficeret [d]; tum sepulchri Dominici assertioni tanto cruore parentandum; aut Saraceni, tot seculis occupatarum regionum Domini, jam demum oppugnandi, expellendi, trucidandi. [e] Vera autem causa Papæ erat, exædificatio dominationis primùm, deinde etiam superstitionis, uti eventus illud declaravit apertissimè [f]. Sed hæc omnia non perspexerat misera plebs, 600000. congregata, & Ann Chr. 1096. expeditione susceptâ, terram sanctam Saracenis ereptura, ducibus Godofredo Bulionensi Lotharingiæ Principe, eiusq; fratribus Eustathio & Balduino, it. Hugone Magno

p. 289. & Ep. 1. p. 74.
e) Svveiger. l. 2. c. 27.
f) Georgevv. de mil. Turc. cap. 2.
*) Busbeq. Ep. 1. p. 119.
a) in Chron. p. 227.
b) An. Chr. 1094.
c) Exped. cruciat. p. 187.
d) Anton. de Dominis l. c. n. 27. Dn. D. Hoe lib. 2. in Apocal. c. 7. p. 522.
e) Dn. D. Danh. Antichristos. sect. 2. art. ult. p. 985.
f) Hotting. hist. Eccl. c. 11. sect. 2. p. 474. & c. 13. f. 2. p. 500.

fratre Regis Franciæ & aliis à Genebrardo[g], ex Gulielmo Tyrio, Blondo, Platinâ, Æmilio & Fucherio recensitis, quorum primus, Godofredus nempe, Hierosolymâ occupatâ, Rex terræ S. An. 1099. declaratus est. Et hæ expeditiones, quæ *cruciatæ* (quod crucem ex rubro panno supra dextram scapulam gererent) aut *sacræ* (vel à Terrâ Sacrâ, vel à personis sacris, Episcopis, Monachis &c. quorum ductu hæc bella maximè gerebantur) dictæ, ad decimum quintum usq; duraverunt seculum [h], non tantum cum immensis Christianorum cladibus, sed in perniciem etiam posterorum continuatæ. Hâc enim de causâ ultro lacessiti, præter omne jus bello infestati, & præterea durissimè tractati Muhamedani (unde pessimè alicui maledicturi, Francorum, quo nomine Christianos istos crucicatos solent appellare, atrocitatem imprecant, teste *Golio* [i],) mille etenim potiùs obituri essent quam Francis se dederent, id tum perfidiâ & idololatria Pontificiâ [k] offensi, odio in Christianos inflammati Vatiniano, cuius non tam ipsos, quam nos, aut Patres nostros accusare possimus. De quo videantur Excell. Dn. D. *Dannhauerus* [l], *Marcus Antonius de Dominis* [m], *Henricus Bulingerus* [n], *Boxhornius* & alii.

Unam adhuc addimus quæstionem:

Annon affinitatem cum Muhammedismo contraxerint plurimi, Christianorum aliàs nomine superbi? A. De *Zwinglianis* hoc argumentum pertractarunt B. *Dn. D. Nicolai, in Zwinglio Turcismo Reginaldus*; *Dn. D. Hoë lib. 7. c. 20. Apocal. p. 316, & alij*. *Socinismum* ferè totum Muhammedismum esse, demonstrant Trinitatis oppugnatio, Deitatis Christi negatio, Satisfactionis ejus illusio; rationis supra Scripturam elatio, & ejusmodi dogmata plura. *Lutheranæ* cum Muhammedanâ doctrinâ comparationem instituit *Florimundus Ræmundus Regis Galliæ Consiliarius in Synopsi de ortu, progressu ac ruinis hæresium seculi* 17. [o] sed in calumniis de Luthero, Turcium Imperium stabiliente, ad bellum in eos dissvadente, (quas Summè Reverendus *Dn. D. Ioh. Müllerus in Defenso Luthero & Defensi Lutheri defensione*, declinavit solidissimè) tùm ineptis & absurdis parallelismis totus immersus, quibus Pontificum affinitatem & consanguinitatem cum Muhammedanis facilè possumus reponere. Idem agnoscant *semen* Papismus & Muham-

medis-

g) in Chrõ. p.m. 352. ad Ann. 1095. Conf. Zonar. Annal. T. 3. p. 238.

h) Hotting. hist. Eccles.

i) ap. Hotting. c. XI. p.m. 474.

k) Hotting. Sec. 13. f. 2. p. 506.

l) in Antichristo f. l. c. & Christeid. Actu 3. Phænom. 8. M.

m) l. c. c. cõcion. super Apocal. p. 237. ap. Dn. D. Hoë in c. 20. Apoc. lib. 7. p. 348.

n) histor. univ. p. 649. seq.

o) lib. 4. c. 9. p. 360.

medismus, uterq; ex Simone Mago [p], aut si longiùs progrediamur, Gentilismo & Judaismo [q], eodem simul tempore [r] ortus; *doctrina* de Scripturæ corruptione, Sanctorum invocatione, B. Mariæ à peccato originis exemptione, bonorum operum merito, liberali circa matrimoniorum coniunctionem vel dissolutionem, dispensatione; tùm *vita* superbâ, sævâ, impudicâ, fraudulentâ, magicâ & nullis non vitiis commaculatâ, conveniunt ambo, [s] unus idemque propagandi Ecclesiam inter ipsos viget modus, eædem etiam istarum Ecclesiarum notæ, uti ex supra dictis constat, & multis multorum scriptis evictum est. Illud hoc loco minimè duxi omittendum, non spiritualem tantùm sed corporalem etiam inter Muhammedismum & Papismum hodiè contigisse consanguinitatem, utriusque sectæ Capitibus summis non admodum remoto attingentibus sese consanguinitatis gradu, veluti subjecta exhibet tabella, à *Ioh. Vlrico Wallichio in nuper conscripto Tractatu de religione Turcica, Mahometis vita, & Orientalis cum Occidentali Antichristo comparatione* p. 320. & seq. *edita*.

p) vid. Bibl. Vinarienf. in arbore hæresium.
q) vid. Dn. D. Hoe in Apoc. c. XI. lib. 3. p. 420. & Polydor. Virgil. lib. 5. c. 1. Conf. D. Nicolaus Hunnius in Apostasiâ Ecclesiæ Romanæ.
r) vid. D. Nicolai de Regn. Dei. l. 2.
s) vid. Dn. D. Hoe lib. 6. 7. & 8. M. Anton. de Dominis l. 2. de Rep. Eccles. it. Confess. Cathol. Gerh. T. 1. l. 1. part. 2. c. 2. p. 273. & seq.

Nanus Marsilius.

Solimannus Turcarum Imperator — Margareta Marsilia Solimanni uxor.
Leardus Marsilius Margaretæ frater

Selymus II.
|
Amurathes III.
|
Mahumetes III.
|
Achmedes I.
|
Amurathes IV.
|
Ibrahimus
|
Mahometes IV.
Hodiernus Imperator.

Leardus Marsilius
|
Cæsar Marsilius
|
Alexander Marsilius
|
Laura Marsilia — Chisius
|
Fabius Chisius
Hodiè Alexander VII.

Franciscus Niger apud Wallichium l.c. rem totam prolixius describit his verbis: *Margarita Nani Marsilij Nobilis Senensis filia, in Castello nominato Collichio, sita in districtu Senensi, cum illa ad hunc locum circa Annum 1525. cum duobus parvulis fratribus deduceretur, excursoribus Turcis in prædam cessit, Castellum verò combustum ac demolitum. Et cum hæc puellula formosa esset, pro Domino Solymanno deportata est, qui cum eam more solito custodiri curasset, crevit cum ejus ætate mira pulchritudo, cui cum capilli rufi à naturâ crescerent, & genæ, faciesque rubicunda esset, cognominabatur Rossa id est Rubicunda, quod æquivocum est cum multis scriptoribus, dum asserunt hanc fuisse fœminam ex Russiâ. Nam ex literis quæ Sienis vel Senis apud consanguineos conservantur, apparet, qualiter eos invitabat, ut se Constantinopolim ad capiendos honores transferrent. Inde provenit manifestatio eius personæ adeò clarè, ut legitur in veracibus autoribus, quòd captus illius amore Solymannus cum eâ quatuor progenuerit filios, Mahometem nimirum, Bajazethum, Selymum & Zengyrum seu Zeangyrem gibbosum, & unam fœmellam dictam Cumariam seu Camænam, quæ Rustano supremo Bassæ in matrimonium seu conjugium juncta fuerit. Verùm cum Solymannus habuisset cum aliâ quapiam captivâ filium majorem natu; hæc mulier curavit se in propriam conjugem desponsari. &c. Post mortem Solymanni ad Imperium assumptus fuerat Selymus II. Solymanni & Margaritæ Marsiliæ Senensis, dicta Rossæ, filius. Ex quo descenderunt deinde Imperatores Turcici, usque ad nostra tempora. Nanus Marsilius Senensis post ruinam supra dicti Castelli Collecbij causatam à Turcis circa A.C.1525. abductis sibi supradictis duobus filiis & una filiolâ, remansit solus in Patriâ cum unico filio nomine Leonardo, ex cujus stirpite descendit gloriosissimus Pontifex Romanus Alexander VII. Et ex Margaritâ abductâ captivâ, deinde erectâ in Sultanam descendit Turcarum Imperator Echmet seu Mechmet. Hactenus Niger*, penes quem relationis fides esto.

Immortali & optumo maxumo Deo, cujus gratia nos à tantâ peste vivimus securi, sit honos omnis & omnis gloria seculis infinitis.

FINIS.

Mc